

56416


75645

LIBRARY
OF THE
MUSEUM OF
COMPARATIVE ZOOLOGY
AND ANATOMY
HARVARD UNIVERSITY

756403



Eg



VETVSTISSIMVS
MAGNAE MORAVIAE
SITUS

ET
PRIMVS IN EAM HVNGARORVM
INGRESSVS

ET
INCVRSVS

QVEM
GEOGRAPHICE HISTORICE CRITICE
DESCRIPSIT

ET VETVSTIS AC PLERVMQVE COAEVIS MONVMENTIS
ILLVSTRAVIT

GEORGIVS SZKLENÁR

Presbyter Strigon. AA. LL. et Ph. D. in
Regio Pofoniensí Archigymnasio Humaniorum
Profeflor primus.

POSONII,
TYPIS IOANNIS MICHAELIS LANDERER.

1784.





EXCELLENTISSIMO

A C

ILLVSTRISSIMO

DOMINO

FRANCISCO

DE PAVLA

E COMITIBVS

BALASSA,

DE BALASSA-GYARMATH,

PERPETVO IN KÉKKEÖ, VÁGH-BESZTERCZE, LIETAVA,
ET EBERHARD,

INSIGNIS ORDINIS S. STEPHANI R. A.

COMMENDATORI,

INCLYTI COMITATVS SIRMIENSIS

SVPREMO COMITI,

REGIO HVNGARICO

THESAVRARIO,

EXCELSAE CAMERAE REGIAE HVNGARICO . AVLICAE

PRAESIDI,

SAC. CAESAREO-REGIAE APOSTOLICAE
MAIESTATIS

CAMERARIO,

ACTUALI INTIMO STATUS, ET AD EX.
CONSILIVM LOCVM TENENTIALE REGIVM
HVNGARICVM

CONSILIARIO,

SACRAE REGNI HVNGARIAE CORONAE

CONSERVATORI,

NEC NON

SVPERIORI REGIO SCHOLARVM, ET
STVDIORVM PER DISTRICTVM
POSONIENSEM


DIRECTORI,

DOMINO ET PATRONO
GRATIOSISSIMO.

D. D. D.

EXCELLENTISSIME
AC
ILLVSTRISISIME
COMES!
DOMINE,
ET
PATRONE GRATIOSISISIME,
COLENDISISIME!



 uod dudum animo con-
cepi , vt publicum
quodpiam grati animi
monumentum singulari EXCEL-
LENTIAE TVAE erga me
beneuolentiae exhiberem : hoc,

nactus copiam, et facultatem
EXCELLENTISSIMO nomini
TVO primam hanc in re hi-
storica lucubrationem inscriben-
di, consecutum me quoquo mo-
do fuisse, triumpho gaudio. E-
nimvero cum incredibilis bene-
uolentiae TVAE magnitudo,
qua me voluntas TVA ad om-
nem gratiam, benignitatem-
que non tam efformata, quam
nata ornauit, ac cumulauit:
tum multitudo beneficiorum,
quibus me a principio studio-
rum meorum publicorum com-
plecti, ac fouere dignabatur,
ita omnis obseruantiae, officii,
cultusque testimonium a me
exigebat, vt nisi ingratus

videri velim, nihil magis par mihi videatur esse, quam vt haec quamcunque tenuis studiorum meorum opella summae TVAE in me benevolentiae fit deuota.

Innumera sunt praeterea, quae vt tenue hoc laboris mei opus TIBI sacrare vellem, deposcebant. Primum est, quod a me in re historica proficiscitur: est praeterea argumento spissum: est propter remotam rerum vetustatem obscurum, et magnis eapropter difficultatibus circumseptum: ab ingenti nominis TVI fulgore radios quosdam splendoris mutuare desi-

derat. Tantus enim est ful-
gor virtutum TVARVM, tam
eminens dignitatum omnium
honor, tam longe, lateque
EXCELLENTISSIMI TVI
nominis diffusa gloria, vt non
possit non summa felicitate
esse cumulatum, quod aucto-
ritatis TVAE, et magnitudi-
nis praesidio gloriatur.

Nam vt TIBI genus ab in-
numeris maioribus, a clarissi-
mis heroibus, ab auis sago,
togaque, et religionis amore
inclitis demissum, et omnium
patriae annalium monumentis
celebratum est decori: sic TV
eidem propter expressam in
TE,

TE, et collectam omnium virtutum in iis sparsarum imaginem egregio ad omnem posteritatis memoriam es ornamento. Est enim TIBI vigor ingenii admirabilis: est animus excelsus, et grauissimis quibusque perficiendis, et intricatissimis negotiis felici cum celeritate euoluendis par: Est spectata, omnibusque officiis probata, atque integerrima in Principem fides: Est auctoritas summa longo rerum usu quaesita, et mira in omnibus negotiis TIBI commissis dexteritate corroborata. Quarum virtutum cum iam in adolescentia pulcherrima dedisses specimina,

vix deserto studiorum priuato-
rum cursu, continuo ad publi-
ca, eaque amplissima honorum
fastigia non tam ascendisti,
quam prouolasti.

Certe cum iam antea S.
C. R. A. M. Camerarius, actua-
lis intimus Status, ad E. C. R.
L. Confiliarius, I. Comitatus
Sirmienfis Supremus Comes,
Prouincialis Commissariatus per
I. regnum Hungariae, et Scho-
larum, ac studiorum per Di-
strictum Pofoniensem superior
Regius Director omnes concre-
ditorum munerum partes exi-
mia virtutum TVARVM com-
mendatione obires: mox dein-
de

de grauissimo Augufti Caefaris,
et Regis Apoftolici Iofepi II.
iudicio probatus, et electus es,
vt insignis ordinis S. Stephani
regis Apoftolici Commendator,
facrae regni Hungariae coro-
nae Conferuator, Thefaurarius
regni Hungarici, Excelsae Ca-
merae R. Hungarico. Aulicae
Praefes nouis his, et excelsis
titulorum honoribus fulgeres.
Erit hoc omnium feculorum
memoria ad nominis TVI glo-
riam cum per fe illustre, tum
ea ex parte camulatiffimum,
quod ab eo probatus fis Cae-
fare, qui vt fupra omne o-
mnis gloriae fastigium affurgit,
ita

ita nonnisi summa probare potest.

In tanta luce gloriae cum
fis collocatus EXCELLEN-
TISSIME COMES, non pos-
sum non opusculo meo glo-
riari, quod sub tanti nominis
praesidio prodire eo etiam si-
bi gloriosius deputat, quod
TE cum omnis doctrinae libe-
ralis, tum imprimis rerum hi-
storicarum peritissimum aesti-
matorem sit nactum, qui iam
a puero ad felicissimum inge-
nium TVVM tamquam ferti-
lissimum solum excolendum o-
mne studium, omne consilium,
omnem

omnem operam, et diligentiam contulisti, qui in prima adolescentia vberimorum fructuum haud expers opusculum historicum cum omnium admiratione, et plausu in lucem publicam emisisti, qui in maturiore etiam aetate, quantum impositi summarum dignitatum labores finunt, de omnibus, qui se se literarum studiis dederant, summa quadam animi, re et verbis declarati, propensione mereri studes.

Nec illud nihil facit, ut meum hunc conatum TVO potissimum praesidio mandatum percupiam, quod supremus
fis

sis prouinciae Sirmiensis Comes. Nam cum haec prouincia illud sit solum, quod primum Hungari Danubium e Dacia transgressi in ius, ditionemque suam transtulere, in quo prima pulcherrimi regni Hungariae fundamenta posuere, ex quo gloriosa in Pannoniam, Italiam, Germaniam arma circumtulere: ac proinde cum Sirmiensis prouincia illa sit regio, in qua, vt vetustissimi maiores TVI martiam virtutem, ita TV vim sapientiae TVAE, dexteritatem consiliorum, et supremum praesidii honorem latissime is explicatum; non potuit historia primi Hunga-

ro-

rorum ingressus in eam regio-
nem aliam, quam TE prote-
ctorem respicere, in quo ibi
virtus maiorum TVORVM rur-
sum resplendet, et renasci-
tur.

Accipe itaque hoc quale-
cunque meae in TE obser-
vantiae monumentum, quod
quamquam minime exaequat
magnitudinem benevolentiae,
et TVORVM in me benefi-
ciorum multitudinem; tamen
marmorei instar Colossi in ani-
mo meo perennaturi TIBI sit
dicatum perpetuo et deuo-
tum. Faxit Deus Optimus
Maximus, vt quam diutissime
flo-

florentem TE, et incolumem
videamus, quo et literae, ac
scientiae praesidio in TE diu-
turniore, et regnum omne or-
namento vberiore perfruatur.
Ita vouet

EXCELLENTISSIMO NOMINI
TVO

DEVOTISSIMVS SERVVS
AVTHOR.

PRAEFATIO

A D

LECTOREM.

Primum ingressum Hungarorum in
eas oras, ex quibus continuato vi-
ctoriarum cursu pulcherrimum subinde
efformarunt sibi regnum, sisto tibi Le-
ctor Candide. Quamvis autem me mini-
me lateat multorum iam literis consigna-
tum esse, qua primum via Hungari Pan-
noniam ingressi, quo hic Marte usi fue-
rint; qua se se arte in medio distinctissi-
marum a sua nationum stabiliuerint:
cum tamen sparsa in vicinarum nobis
gentium annalibus vetustissima de Hun-
garis, eorumque primis victoriis testi-

(X)

mo-

monia curatius in examen reuocassem, visum est mihi aliud, ut ita loquar, systema veteris historiae Hungariae formare, et Hungaros longe alia, quam plerique ante me praestiterunt, via ad has oras adducere. Atque id quidem totum veri et patriae studio, ut vetus eius historia maiori in luce collocetur. Cum hoc argumento arctissime copulabatur notitia geographica Moraviae Magnae, quam proinde firmis corroboratam argumentis libro primo praemisi. Ne porro te in progressu quidquam morder Lector beneuole, vetustissimam regionum omnium, quae subinde Hungariae nomen sunt indeptae, appellationem cum limitibus suis hic praemittendam duxi.

Regnum Hungariae, ut scitum est, pene medius interfecat Danubius, ad cuius meridionalem ripam continuata Hungariae pars maximam Pannoniae portionem occupat. Pannoniae vero vetustissimi limites hi fuere: Ab occidente montes Cetii, qui sunt in Austria paulo supra Viennam, et continuata serie a septentrione in meridiem porriguntur usque ad montes Bebios, qui sunt in Croatia Transauana: hic limes Pannoniam a Noricis distinxit. A septentrione Da-

nu-

nubius Pannoniam a Marcomanis et Quadis seiungebat. Ab oriente itidem Danubius a Fazigibus et Dacis eandem secernebat. A meridie Savius fluvius Pannoniam a Maesia superiore, et montes Bebii a Dalmatia separabant. Terram omnem illis limitibus conclusam dictam fuisse Pannoniam testatur Ptolemaeus L. 2. c. 15. et 16. Plinius L. 3. c. 25. Atque hos limites Pannoniae posterioribus etiam seculis fixos, immobilesque mansisse confirmat Jornandes seculi VI. scriptor, qui rerum Geticarum numero 50. Pannoniam ita describit: „Pannonia in longa porrecta planitie habet ab oriente Maesiam superiorem, a meridie Dalmatiam, ab occasu Noricum, a Septemtrione Danubium, ornata patria ciuitatibus plurimis, quarum prima Sirmis: extrema Vindomina „ Ex his abunde docemur siquid ab Vngaris in Pannonia gestum legerimus, id neque ad Daciam, neque ad Tibiscanas, Vaganasque oras, ad nullam denique Septemtrionalis ripae Danubii partem traducendum esse. Nam quamuis seculo Christi XI. reges Hungariae in diplomatibus suis appellationem Pannoniae latius extenderint, omnesque prouincias suae ditioni subiectas hoc vno nomine insigniuerint: (vide Hi-

storiā episcopatus Quinqueecclesiensis Iosephi Koller T. I. p. 104. 138, lit. r. 143. 163. et apud Cl. Katona tom. primo hist. reg. p. 132. tom. 2. p. 112.) tamen hoc non tam oblivioni verorum Pannoniae limitum est attribuendum, quam sapientissimo primorum Hungariae regum consilio, qui diuersas nationes suo subiectas imperio vno Pannonum nomine ad eum modum censebant, quomodo in Italia Latini, Troiani, Rutulique, licet a Troianis victoria stetisset, Latinorum nomine veniebant. (Virg. L. 12. v. 819. et consequ.) Caeterum haec ipsa Pannonici nominis ad terras Danubio separatas extensio ante saeculum Christi undecimum non inchoauerat: proinde ante illud tempus certus, definitusque limes Pannoniae ex parte Septentrionis fuit Danubius.

Pannonias Maesiae excipiebant duae ad pontum usque procurrentes teste Plinio, et a diuersis, quorum sola hodie superant nomina, populis inhabitatae. (Timon L. I. c. II.) Notandum est Sautum nequaquam litem Pannoniarum ita fuisse, ut non ultra eum protenderentur. Extendebatur enim Pannonia a multis vetustis scriptoribus ultra Sautum.

uum. (Stephanus Salagius in hist. Eccl. Pannonicae. L. IV. c. 1. p. 57. Vide etiam huius operis pag. 58.

Ex Septemtrionali Danubii parte a Tibisco Daciae inchoabant, & cum tractu terrarum Hungaricarum Transtibiscano Transilvaniam, Valachiam, Moldaviamque complectebantur. Franz Ioseph Sulzer des ersten Theils erster Abschnitt. 5.1. Cl. Iosephus Benkö Transilvaniae parte priore T. I. p. 5. §. VI.

Quod terrarum a Tibisco ad Granum fluvium extenditur, et Danubio flumine atque Carpatidis montibus concluditur, id omne laezigibus Metanastis parebat. (Timon in imag. antiq. Hung. C. XIII.) *Terra eorum semel atque iterum solum barbaricum audit apud Ammianum Marcellinum. Docet enim author hic, exercitum Romanum ad Quadorum regna properasse, et multis in barbarico gestis castra Bregetionem rursus promouisse.* L. 17. n. 12. *Terrae quae a Grano Morauam versus protenduntur, Bohemiae nomine, ut in decursu operis videbimus, veniebant.*

Haec

Haec est positio Geographica terrarum illarum, quae sub adventum ad has oras Hungarorum a veteribus dominis ad Vngaros transiere. Has tibi lector benevole, priusquam cura nostra breuiter per eas peregrineris, tanquam in tabella breuiter delineandas existimaui, ne fors e medio operis, et rerum varietate, quas narraturus sum, ad limites, situmque regionum indagandum tibi identidem redire sit necesse. Vale.



CONSPECTVS OPERIS.

LIBER I.

CAPVT I.

*M*orauia vetus per Maesias atque Pannonia-
nias fusa fuit. p. 1.

CAPVT II.

Veteris Morauiae situs in Dacia p. 85.

CAPVT III.

*Vetus Morauia terras quoque Iazigum
Metanastarum occupabat.* p. 91.

CAPVT IV.

*Vetus Morauia a Grano ad fines bodier-
nae Morauiae usque, qua Bohemiam tangunt,
pertinuit.* p. 105.

LIBER II.

CAPVT I.

*R*eüicitur autoritas Anonymi Hungaros per
Vngenses terras in Morauiam ducentis.
p. 123.

CA-

C A P V T II.

Expenduntur Anonymi narrationes de egressu Hungarorum ex Asia,


C A P V T III.

Regnum Bulgaricum quod Anonymus intra Tibiscum et Granum fluuios; Valachicum item, quod in Transsiluania desigit, confictum est p. 164.

C A P V T IV.

Vetustissimae Hungarorum sedes. p. 186. Ex quibus a Paczinacitis propulsi transmissio Danubio consedere prope Seruiam. Inde arma victricia in Morauiam Sirmiensem tulere. Apud Carantanos clade accepta, desertaque ex parte Pannonia cum superato Danubio ad terras Iazigum venissent, accepti hospitio a terrae Iazigum incolis iunctis viribus in Pannoniam rursus incurrunt, eam que in ius suum ferunt. Terras a Grano ad Morauam fluuium pertinentes non ante Ladislai I. tempora pleno iure possedisse videntur.





LIBER I.

DE

SITV MORAVIAE MAGNAE.

CAPVT I.

*Morauia vetus per Moesias, atque Pannonias
fusa fuit.*

I.

Morauia magna prouinciarum, et terrarum amplitudine, atque gloriae militaris splendore nulli regnorum postferenda nono ab reparata salute seculo maxime effloruit, vt festinatis incrementis; ita minime diuturnis: ineluctabili rerum mortalium fato, quae cum praepropere quam spectatissime ef-

A

ful-

fulgent, temporum diuturnitatem haud ferunt. Ortus eius, terrarumque situs quam ipsa mole conspicuus, adeo tamen scriptorum penuria in tenebris est abditus, ut a multis hodie, ubi Moravia magna steterit, quas terrarum partes complexa fuerit, qua se se potentia etulerit? in dubitationem trahi, certe in medio, tanquam ignorata, relinqui videas. Quo maior me cura incessit: tenuia, quae apud Graecos, Russos, Francos, et domesticos scriptores produntur, vestigia pressius persequi, ut in abdita rei huius utcunque memet penetrarem. Videbatur res haec ab historia patria non esse seiuncta. Quis enim nescit in ruinis Moraviae florentissimum Hungariae regnum excitatum, et validis armis, multoque Hungarorum sanguine defensum confurrexisse? Quare, cum historiam patriam animo complexus essem, ad has quoque ruinas pernoscendas, tum qua parte caeperint, et quatenus pertinuerint? cogitatione non grauatim deducebar. Inde fluxit, ut primum quidem situm, magnitudinemque veteris Moraviae inuestigarem; deinde, qua primum parte, quae occasione Hungari in Morauiam ingressi, et haec quomodo in ius, nomenque Hungaricum concefferit, adiungerem,

rem, procul habitis omnibus causis, quibus veritas infringitur.

Longe aliis, atque hodie, terrarum tractibus veteris Moraviae situm respondisse, quin et nomen, et imperium Moravorum in Moesiis primum natum, et auctum; inde in Daciam illatum, et Radislai, ac imprimis Suentibaldi ducis Moravorum potentissimi armis ad extremos hodiernae Moraviae fines propagatum fuisse, indubitatis scriptorum monumentis, primum omnium vt statuam, adducor. Nec ambiguum habeo infessuram hanc veritatem in animis omnium, qui haustam hactenus, et puris, pene dixero, praeiudiciis nutritam de situ Moraviae opinionem tantisper siue exuerint, siue, dum nostra haec legendo percurrent, suspenderit. Mihi rei tam vetustae, et tanta temporum intercapedine ab memoriis hominum remotae, lucem adfufuro, cum materiam complexus sim scriptorum ingeniis nondum, quod scio, suppositam, accurandum est imprimis, ne in tanta, tamque varia rerum multitudine ordinis incertus, et confusionis tollendae incurius susque deque ferar. Itaque a Moesiis, et Pannoniis ordiar.

II. Inseffas a septem Sclauinorum tribubus Moefias, qua hae mare Ponticum respiciunt, et iam circiter annum Christi 678. possessas fuisse, e Graecis discimus. Cum vero Constantino Pogonato clauum imperii orientalis moderante Bulgari, superato Danubio, omnem eorum viciniam ferro, flammaque saedum in modum deuastassent, ipsas quoque Sclauinorum illic degentium tribus perfacile suae subdiderunt potestati. (a) Cum his versus meridiem progressi in Occidentis imperii finibus admoti, quo facilius et sua tutarentur, et vicinorum hostiumque, potentiamque conuellerent, vtriusque fortunae socii socia coniunxerunt arma.

Certe

(a) Constantini temp. tribus per regionem Danubio adiacentem grassari coegerunt Bulgari, tandemque a Constantino bello iaceliti, superato Danubio, Bannam ita dictam urbem, et mediterraneos agros perueniunt. Cumque locum omnem retrorsum ab amne Danubio, ante vero et ab utroque latere clusuris siue montium angustiis et mari Pontico probe munitum conspexissent, et Sclauinorum illic degentium septem generationes, quae dicuntur, in potestatem redigissent, Seberentes quidem ab anteriore Bergaborum clusura ad orientales plagas, meridiem vero et occidentem versus ad Abarum vsque reliquas septem sibi vectigales factas illuc transtulit ac collocauit. *Theophanes* p. 297. — 299. *Anastas.* p. 113, 114. *Niceph. Patriar.* p. 22. 23. Similia habet *Gebhardus* his. *Hung.* T. I. p. 333.

Certe Iustinianus cum formidolosum in Thraciam adornasset bellum, Bulgaros iuxta et Slavos paribus laceffebat armis, et Bulgariae princeps ex vtrisque populis exercitu conscripto repellebat pariter hostes, et aggrediebatur. (a) Caeterum rebus Graecorum ab imperio Heraclii inclinatis quaedam Slauorum tribus, hanc rerum conuersionem suis conatibus opportunam nactae, Graecorum primum, tum Bulgarorum imperium deserunt, (b) se se in libertatem

(a) „ Iustinianus in Bulgariam et Slauiniam „ eduxit exercitum etc. „ Iustinianus initam cum „ Bulgaris pacem dissoluit. Hinc equitibus ad Thraciae loca missis contra Sclauinos proficiscitur. „ Nisephorus. Cedrenus autem: Anno tertio Iustinianus expeditionem in Sclauinos et Bulgaros suscepit. „ Et Theophanes p. 312. Terbeles Bulgarorum princeps — omnes Bulgarorum et Sclauorum copias collegit, qui demum omnes anno insequenti arreptis armis ad imperatoriam urbem profecti sunt. „ Haec, hisque similia plura vide in „ Memoriis populorum olim ad Danubium incolentium a Ioanne Strittero erutis T. II. inter „ Slauica C. X.

(b) Constantinus de adm. imp. C. 29. p. 87. ait. „ Ab imperio Heraclii — Vniuersa Dalmatia, „ nec non finitimae illi gentes: Croati, Serui: „ Zachlunitae, Terbuniotae, Canalitae, Diocletiani, ac Arentani ditioni Romanae se subtraxerunt „ Idem in Basilio testatur. Eginhardus autem ad an. 818 in annal. haec habet „ Harastal-

tatem vindicant, sedesquae suas ad fluuium Bulgariae; seu Moesiae Morauum figunt, et, nisi huc nomen suum a voce Slauiica Marcha, quod infra videbimus, tractum ex vltiore Moesia attulere; a fluuio isthoc, vel arcibus cognominibus et terrae infessae, et sibi Morauiorum nomen adiungunt.

III. Ad hunc maxime modum, et illis in terrarum tractibus originem Morauiorum coaluisse, regniq̄ue Morauiici fundamenta iacta fuisse vetustissimus Russorum historicus Nestor penitus inspectus prodit. Docet quippe „ Slauos, qui sacris christianis initiati ad „ Danubium inter Bulgaros degebant, sub „ principibus Radislao, Suetepoluco, ac Hezilone legatione adornata ab Michaele „ Graecorum imperatore doctores fidei, et „ sacrarum litterarum, quarum ipsi, Latini „ peraeque ac Graeci sermonis expertes, „ nec

„ li erant ibi (Aquisgrani in conuentu) et aliarum nationum Legati. Abotritorum videlicet, ac „ Bornae ducis Guduscanorum, et Timotianorum, „ qui nuper a Bulgarorum societate descuerant, „ et ad fines nostros se contulerant. „ Hos populos Borna deserto ad Morauum Bulgariae fluuium confedisse docet ex testimoniis veterum Lucius de regno Dalma. L. I. c. 15, et Gebhardi L. c. pag. 347.

„ nec literas nossent, nec sensum assequeren-
 „ tur, interpretes petiisse: imperatorem
 „ prouinciam hanc Methodio ac Cyrillo de-
 „ tulisse: qui cum omnibus muneris concre-
 „ diti partibus vsquequaque perfungerentur:
 „ et criminationibus nihilominus multorum
 „ paterent: Methodium tandem ex criminationo-
 „ nibus victorem, fratre Cyrillo linguae Bul-
 „ garicae condiscendae causa reuerso, in
 „ Morauia mansisse, subinde ab Hezilone ad
 „ episcopatum Sirmiensem, sedem diui An-
 „ dronici S. Pauli discipuli, prouectum. „

(a) Scrutemur iam Nestoris verba, et sensum

(a) Unter den Bulgaren, die an der Donau
 waren, wohnten die getauften Slaven, und ih-
 ren Fürsten waren Rostislav, Svätopolk, und Ko-
 zel. Und sie schiketen zu dem Zaren Michael,
 und ließen ihm sagen: unser Land ist getaufet, und
 wir haben keinen Lehrmeister, der uns unterwei-
 sen, und die heilige Bücher auslegen konte. — —
 Wir verstehen aber veder die griechische, noch
 latinische Sprache; ja wir verstehen nicht ein-
 mahl die Buchstaben der Bücher, noch derselben
 Bedeutung. — — — Und da sie (Methodius et
 Cyrillus) durch Bitte des Zaren überredet wur-
 den, so zogen sie nach dem Lande der Slaven zu
 Rostislav, Svätopolk, und Koziel. — — — Con-
 stantinus (qui et Cyrillus) aber kehrete wieder
 zuruk um in der bulgarischen Sprache zu unterrich-
 ten: Methodius aber blieb in Mähren, hierauf se-

sum eorum indagemus curatius. Slavi Danubii accolae, Bulgaris immixti, an possunt esse diuersi ab illis, quos, a mari Pontico vtriusque Bulgarorum fortunæ socios, versus occidentem progressos Graeci, Francique scripsere? Idem, cum suorum principum imperiis proni iussa Radislai, Suatopoluci, atque Hezilonis capeffuerunt, excusserint, necesse est, dudum tam Graecorum, quam Bulgarorum iugum. Et, cum Hezilo Methodium Sirmiensibus insulis admouerit, ac proinde Pannonicis sacris praefecerit, pars quaedam Pannoniarum ad Hezilonem, et eos, de quibus dictum, Slauos pertinuerit: item, cum iidem Slavi Bulgaris immixti iuxta terras coluerunt, in Moesia quoque certos terrarum tractus possederint, oportet. Iam
apud

tzete Kozel der Fürst den Methodius zum Bischoffe von Pannonien ein, auf den Stuhl des heiligen Apostels Andronicus, der einer der siebentzig Jünger, ein Schüller des heiligen Apostels Paulus gezezen war. — — — Doch ist in Mähren auch der Apostel Paulus gewesen, und hat daselbst gelehret; den da ist Illyricum, wohin der Apostel Paulus gekommen ist. „ Nestor übersetzt von Iohan Bene-
„ dikt Scherer. Leipzig 1774. pag. 54 — 56.
„ vltima verba adiicienda putauit eo, vt pateat
„ Nestori Morauiam prouinciam Illyrici, ac prouin-
„ de longe ab hodierna disiunctam fuisse. „

apud eosdem Slauos Methodius manens in Morauia mansisse a Nestore scribitur: fundebatur itaque Morauia et per Pannoniarum et per Moesiarum partem, illam scilicet, quam Morabus fluuius praestringit: nec nominis eius incunabula alibi, quam hic terrarum fingenda, vnde primum, licet iam dudum apud suos adulta, ad externos prodierunt, et cum legatione Methodii, his primum locis suam prouinciam obeuntis, sub hoc nomine passim innotuerunt.

IV. Sententiae huius Ranzanus rerum Hungaricarum epitomator haud alienus fuisse videtur. Nam quanquam nec patria, nec gente Hungarus, et longissimis temporum spatiis ab re, quam cura sua complectebatur, remotus fuerit: auctoritate tamen Elinii (a) Scriptoris Franci originem omnium gentium barbararum, quae a M. Constantini temporibus ad suam vsque aetatem varias orbis terrae partes tenuere, opere egregio enarrantis nixus, ac ipsis proinde rebus fide aliena propius admotus, omnes fingendi causas procul habens, haec ait: „ progressu temporum
„ multi

(a) Indice VI.

„ multi ex vtraque Moesia, et ex Dacia,
 „ atque magna Germania, exque propinguis
 „ aliis aliquot populis, soli feracitate addu-
 „ cti, ad eandem regionem, habitandi illic
 „ animo paulatim conuenerunt, delegerunt-
 „ que sibi, prout fuit cuique placitum, loca
 „ habitatu idonea. Ceterum, cum nemo do-
 „ minatum apud suos teneret, perditae, sine
 „ legibus, proque suo quisque arbitrio, vi-
 „ tam transegerunt. Cumque mire vbique,
 „ per omnem longe lateque regionem, po-
 „ puli multiplicarentur, nec sine moderatore
 „ possent honeste, iusteque viuere: omnium
 „ consensu praeficiunt sibi virum quemdam,
 „ natione Sarmatam, Suatopolugum nomine.
 „ — Eo ita principatum tenente Hungarorum
 „ exercitus — Pannonias ingressus est. „ (a)

V. Equidem abhorret a vero, quod fert
 Ranzanus, principium, finemque regni Mo-
 rauici in vno eodemque Suatopoluco con-
 iuncta fuisse: caetera Graecis, Russicisque
 annalibus consentiunt. Nam populi, qui ex
 vtraque Moesia, et Dacia progressi, in vnam
 tan-

(a) T. I. Script. rerum Hung. Edit. Tir-
 nau. p. 578.

tandem coaluere ciuitatem, atque sub vnus imperium cessere, haud alii esse poterant, quam quos, abiecto Graecorum Bulgarorumque iugo, ad Morauum flumen confedisse tulimus. Hi nec a magna Germania remoti, vnde coloniarum imprimis Vindicarum suppetiae; et Praedenecentarum, quos Daciam tenuisse testatur Lucius, (a) consanguinei; et ex Moesia, in qua Bulgaris mixti degebant: et ex Pannoniis, quarum partem habebant, viribus, et copiis, et multitudine aucti magnam sub Suatoplugo in Pannonia accepere cladem. Quae vtcunque sint: tamen illud Ranzani sententia fixum stat Morauos prima regni fundamina in Moesia et Pannonia iecisse.

VI. Haec praemittenda duxi, quo ortus, et ab illa parte limites magnae Moraviae vtcunque defigerem. Nam hi, quomodo illic olim reipsa difusi, qua parte substricti, qua

(a) ex ann. Eginhardi ad an. 824. clarum hunc locum adfert: caeterum legatos Abotritorum, qui vulgo Praedenecenti vocantur et contermini Bulgaris Daciam Danubio adiacentem incolunt, qui et ipsi aduentare nunciabantur, illico venire permisit.

e contrario diducti, flexique in transfuersum, denique qua sensim dilatati, aut a veteribus ad nouos terminos detorti fuerint, coniectare si liceat, nolim: omne autem eorum punctum in tanta caligine tacturum me adfirmare non ausim. Per multa eaque vastissima Moesiae et Pannoniae loca fusam fuisse magnam Morauiam vicini eorum temporum scriptores extra controuerfiam ponunt. Eorum luculentiora loca, ut ex his, quatenus ea pertinuerit, aestimare liceat, excitabo.

VII. Inter Byzantinos scriptores luculentus testis Porphirogenitus, idemque author est: Morauiam magnam inter rudera pontis Traiani, interque Sirmium, et Belogradum inchoasse: (a) at haec utique loca in Moesiam procurrunt, nec sunt solius Pannoniae, quae

(a) De adm. imp. C. 40. „ A quibus (Pazinacitis) sane pulsi Turcae et profugientes „ sedes posuerunt illic, vbi nunc habitant. In hoc „ autem loco antiqua quaedam monumenta supersunt, inter quae pons Traiani imperatoris ad „ initia Turciae, et Belgrada, quae trium dierum „ itinere ab ipso ponte distat, — et rursus ad „ cursum fluminis exstat Sirmium. — Inde magna „ Morauia baptismo carens, quam Turcae deuastarunt „ Vide etiam Cl. Katona Hist. Criti. primorum Hung. Ducum L. I. pag. 322.

quae id aevi montibus Coeciis, Bebiisque, denique Sauo flumine, atque Danubio ita concludebatur, vt ultra hunc nusquam extenderetur.

VIII. Idem Constantinus, posteaquam Hungaros a Pacinacris de patria, sedibusque pristinis deturbatos fuisse enarrasset, subinde Morauiam magnam ab iisdem occupatam, et inessam exerte adfirmat: (a) at conledere tunc Vngari. Sauum inter et Danubium: (b) Itaque haec inter flumina Morauia quoque fuit: quae cum flumina sint Pannoniae, situm utique Morauiae per Pannonias protensae ostendunt.

IX. Sed longe istud vberius elucescit e limitibus, quibus circumdat Hungaros, iisdem cum magna Morauia terminis clausos, idem Constantinus. Etenim Hungaris iam in Morauia late rerum potentibus ad Orientem

(a) Turcae itaque profligati fugientes, et terram ad collocandas fedes quaerentes magnam Morauiam ingressi incolas eius expulerunt, ibique fedes suas posuerunt, tenentque etiam in hodiernum vsque diem. L. et L. c.

(b) Et habitant quidem Turcae in terra Morauiae, intra Danubium et Sabam fluuios, C. 42.

tem Bulgaros; ad Septemtrionem Pacinacitas obtendit; Francos ad Occidentem; ad Meridiem Croatas obiicit. (a) His itaque gentibus, quemadmodum tunc Hungari, ita antea magna Morauia fide Constantini circumsidebatur: at quomodo vel Bulgaris ab Ortu; vel e Septemtrione Pacinacitis; vel ab occiduo sole Francis; maxime vero a Meridie Croatis Morauia inspicere poterat, nisi eadem longe lateque in Moesias, atque in Pannonias procurrebat? Finge ubiuis alibi locorum Morauiam, necquidquam in eius vicinia has gentes quaeres, nisi eam ad commemoratas plagas protendas.

X. Nec fides autoritasque Constantini hac in re vlllo pacto in dubitationem adduci potest. Vicinus erat, et prope aequalis temporum: imperatoria in Oriente dignitate praefulgebat: adpositas imperio suo regiones haud ignorabat: filium quoque, et haeredem imperii ad patrias artes informabat. Nec pater

(a) Confines Turcis sunt Orientem versus Bulgari, vbi eos Ister fluuius, qui et Danubius dicitur, separat, Septemtrionem versus Pacinacitae; ad Occidentem Franci; ad Meridiem Chrobati, Consta.

ter filium, nec imperator successorem, nec tam illustris scriptor posteritatem omnem in apertos errores inuoluere volebat: forte etiam omnes et sedes et motus Vngarorum, quos sua virtus iam tunc Constantinopoli formidabiles reddidit, acutius obseruabat: quo clare colligitur Constantini auctoritatem hac in re plurimum valere oportere, praesertim cum in eadem re saepius commemorata sibi constet. Nam quod alibi Turcis, seu Hungaris ad Meridiem magnam Morauiam obducit, (a) loquitur de ea, quae Suatoplugi obnoxia imperio nondum in Vngarica iura transit. (b) Sed hoc ipsum rem nostram magis firmat.

Nec

(a) Turcis hae gentes conterminae sunt: ad occidentem Francia, ad septentrionem Pacinacitae; ad meridiem magna Morauia, siue Sphendoploci regio, quae omnino a Turcis vastata est, et ab ipsis iam obtinetur. C. 13.

(b) Cl. Katona hist. Crit. l. I. pag. 331. Caeterum loca haec Constantini ita digere Cl. Schuarcus in Diff. de ini. reli. Chris. apud Hung. pag. 24. „Explicauerat Suatoplugus fines regni sui vltra Drauum, ex parte etiam Sauum ad alpes vsque Noricas. Ac licet victores Hungari profligatos a Danubio Morauos vltra Drauum persecuti sint, statimque a principio irruptionis suae partem aliquam intra Draui et Sauu confluenta expugnauerint, mansit tamen potior pars iuris Marahensium; ex quo magnam Morauiam ad meridiem Turcis sitam Constantinus dixit. „

Nec enim Vngaros Bulgaris ante subactam penitus Morauiam conterminos magna Morauia a meridie contingere poterat, nisi ea longe in Pannonias immissa fuisset. Id quod per se fitum terrarum considerantibus patescit.

XI. Robur his omnibus firmamentumque ingens additur ex eo, quod Marahenses vicinas Bulgaris plagas obtinuisse passim a scriptoribus memorentur. Nam cum Bulgari regni sui fundamenta in Moesia sic iecerint, fixerintque, ut ea nusquam limites Moesiae excefferint, cumque Moesia Pannonias contigerit; sane, si Morauia Bulgaris contermini fuere, non potest Morauia vlllo pacto a Pannoniis excludi: fuisse autem Marahenses Bulgaris finitimos ipse Constantinus luculente testatur, quum scribit exciso regno Morauico superstitem caedibus multitudinem vulgi ad vicinas gentes, Turcas, Bulgaros, Croatas diffugisse, (a) ut non nesciremus Bulgariam inter et Carin-

(a) Post — Sphendoploci mortem — Turci regionem eorum (Morauorum:) occuparunt — quaeque supererat multitudo, dissipata confugit ad finitimas gentes, nimirum ad Bulgaros, Turcos, Chrobotos, et ad reliquas nationes. De adm. Imp. C. 41.

Carinthiam stetisse Morauiam. Idem imperator cum filium docet, quam ratione Serblorum, et Morauorum (a) principi literae sint inscribendae, utrosque populos tam sibi, quam imperio orientali vicinos non obscure indicat, cum veri haud simile sit ad Principes imperio Francico obnoxios peraeque, ut ad eos, in quos vicinia ius orienti dabat, scriptum fuisse.

XII. Haec eadem fixa stat sententia Francicis scriptoribus. Annalista Metensis scribit Hungaros a Pacinacis in Pannonum, et Auarum solitudines eiectiones Carantanorum, Marahensium, et Bulgarum fines hostilem in modum vexasse. (b) Ea tempestate ut Pannonum,

(a) Ad Archontem Chrobatiae, Serblorum, Zachlunorum, Canali Trabunorum, Diocleae, Morabiae sic scribitur: Mandatum a philochristis Despotis ad illum, Archontem illius Prouinciae. Ad hos bulla aurea est bisoldia. De Cerimoniis Aulae Byz. L. 2. C. 48.

(b) Ex Supradictis igitur locis gens memorata (Hungari:) a finitimis sibi populis, qui Pacinaci vocantur, a propriis sedibus expulsa est. — Horum itaque violentia effugati — primo quidem Pannoniorum et Auarum solitudines pererrantes venatu et piscatione victum quot dianum quaeritant; deinde Carantanorum, Marahensium, et Bulgarum fines crebris impulsione infestationibus irrumpunt. Ann. Metens. ad ann. 889.

num, ita Auarum solitudines Pannoniis continebantur. Nam quanquam Auares in sua Auaria internecina prope clade a Pipino profligati, et, qui reliqui erant, vltra fluuium Tibiscum eiectione fuere: subinde tamen Theodorus Auarum regulus cum suis reliquiis a Carolo imperatore in Boiorum municipia, Sabariam inter et Carnuntum, vbi tunc tantum Boii habitauerunt, translatus fuit. (a) In Pannoniam itaque e Bulgaria eiectione, et clade, vt apparet, non minima perculsi Hungari quomodo in Carantanos, Marahenses, et Bulgaros arma promouere poterant, si hi, aut inter se, aut ab Vngaris, magno quodam locorum interuallo distabant?

XIII. Accedit: quod Carantania australem magnae Moraviae partem constituerit. Nam, vt ex annalibus Fuldenfibus constat, dum Moravi Ratisbonae magna cum cura et sollicitudine pacis satagunt, Hungari in australem regni morauici partem, seu in Carantania,

(a) Vide haec eadem confirmantem Ioannem Auentinum in annal. Boicis L. 4. C. 6. n. 22. vbi et causa huius translationis memoratur. Vide item Salagium L. 1. pag. 136. n. 4 et consequ.

niam, arma, clademque promouere. (a) Her-
 manus quoque Contractus, et Callesius eua-
 statam hoc anno ab Vngaris Carinthiam scri-
 bunt. (b) Aut igitur contra, quam Fulden-
 ses annales produnt, Carinthia ab Austro Mo-
 raviae non obtendebatur, aut ditio Mora-
 uorum longè lateque per Pannonias, quin vltra
 has quoque per Moesias, et Illyricum diffusa
 fuit.

XIV. Luculentius istud ex alio Fulden-
 sium annalium loco tenemus. Narrant hi Lan-
 domirum Bulgarorum regem legatione, et mu-
 neribus ab Arnulfo imperatore excultum: le-
 gatos, posteaquam regnum Brazlauonis dese-
 ruissent, potentia Suatoplugi, armorumque
 eius fama percussos, relicto, metu insidiarum,
 terrestri itinere per fluuios Odogra, Culpe,
 Sauumque in Bulgariam penetrasse: muni-
 bus,

B 2

bus,

(a) Anno DCCCCI. scribit continuator an-
 nalium Fuldensium, generale placitum Ratisbona
 Ciuitate habitum est. Ibi inter alia missi Morauo-
 rum pacem optantes peruenerunt: quod mox vt
 petierunt, complacuit, et iuramento firmatum est.
 Interdum vero Hungari australem plagam regni
 illorum Carantanum deuastando inuasert. „ apud
 „ Hanfiz. Ger. Sac. T. 1. pag. 180. „

(b) Cl. Katona T. 1. Hist. Crit. pag. 252.

bus, postulatisque Arnulfi expositis ab rege Bulgarorum petiuisse, vt ne salem Marauanis Bulgari venditarent. (a) Sane, seu timorem legatorum, causasque timoris, seu postulata Arnulfi indagini subiiciamus, semper Morauiam in finitimis Bulgariae terris inter Illyrici prouincias reperiemus. Vnde enim legatorum timor? vnde haec repentina itineris mutatio? cur insidias Suentibaldi, deserto Brazlauone Arnulfi faederato, continuo reformidant? An timor hic non manifeste arguit periculum vicinum: vicinam proinde Morauiam Suatoplugi ditionem? Ex hoc loco plerique omnes doctissimi Scriptorum collegere Morauorum potentiam in Pannonia floruisse. Hoc fatetur Hanfizius, (b) et Suentibaldo post habitum cum Carolo rege colloquium Pannoniam permissam,

(a) Arnolfus contra Zuentibal. Hunnos, et Bulgares mouet. Missos enim suos inde ad Bulgarios, et regem eorum Landomir ad renouandam pristinam pacem cum muneribus mens. sept. transmisit, et ne coemptio salis inde Marauanis daretur, exposuit; Missi autem propter insidias Zuentibaldi Ducis, terrestre iter non valentes habere, de regno Brazlauonis per fluuium Odgora vsque ad Gulpam perfluentes, Savi fluminis nauigio in Bulgaria perducti, ibi a rege honorifice suscepti eadem via, qua venerant, cum muneribus reuersi sunt. Ad an. 895.

(b) Tomo 1. Ger. Sa. pag. 165.

nissam, indeque Morauiam magnam dictam esse existimat. Hoc fatetur Lucius (a) de regnis Dalmatiae Croatiaeque. Hoc multis firmat testimoniis Cl. Seuerini. (b) Hoc scribit Cl. Katona. (c) Hoc ostendit Cl. Gebhardi. (d) At repugnat Salagijs. Constringit is nimirum totam Morauici regni, et Suatoplugi potentiam Moraua, et Grano fluminibus, eamque a Carpati iugis vsque ad Danubium haec intra flumina protendit. (e) Cum itaque in hoc terrarum tractu late suam explicaret potentiam Suatoplugus tum forte Arnulfo insensus, et insidias moliri in vtraque Dauubii ripa in promptu esset; iusto timore legatos ad aliud iter arripiendum adactos fuisse censet. Id quod etiam exemplis illustrat Salagijs.

Sed quorsum haec eius euadat oratio, equidem non intelligo. An quia Suentibaldus

E 3

dus

(a) L. 2. C. 2. pag. 64. edit. Vien. an. 1758.

(b) in Pannonia veterum monumentis illustrata L. 9.

(c) Hist. Critica primorum Hung. ducum pag. 322.

(d) Geschichte des Reichs Ungarn. erster Theil pag. 353.

(e) L. 4. C. 7. per totum.

dus supra Granum ad Danubium infesto cum exercitu excubabat, legatis Arnulfi de regno Brazlauonis abeuntibus iter per Odgoram et Culpam, et Sauum arripiendum fuit? Cur enim, quaeso, iter terrestre deserunt legati? propter insidias, inquit Annalista. At ubi legati insidias metuunt? opinor, ubi iter terrestre earum causa deserunt, et Odgoram, et Culpam, Sauumque conscendunt. In Pannonia igitur. Quid in Pannonia reformidant insidias Suentibaldi, si potentia eius Granum et Morauam non excessit? Quid? quod legati hi, percusso cum Bulgaris faedere, ab rege eorum Landomiro petunt, ne Marauanis sal a Bulgaris venumeat. Quibus Morauis? Opinor, vicinis. Nam Marauanis ad Marauam fluuium degentibus, et earum gentium confinibus, quae copia salis abundabant, quid negotii ratione salis intercedere cum Bulgaris tanta spatii longinquitate difficis potuit? Fuit igitur Morauia Bulgaris vicina, ac proinde in Pannonia sita.

XVI. Hunc ipsum locum, tanta est vis veritatis, adfert Salagijs (a) ad ostendendum

(a) L. 4. p. 401.

dum Bulgaros Morauis fuisse finitimos, sed figit cum Anonymo Belae regis notario Bulgariam Tibiscum intra, et Granum fluuios. Equidem contra fidem omnium historiarum. Quae enim potest esse hac in re Anonymi, quo nititur, autoritas, quem ingentium errorum alioquin compertum ingens insuper temporum intercapedo a primo Hungarorum in eas oras aduentu remouit, qui fontes, vnde sua sumfit, nullos prodidit, nullos habuit? nec enim soli illi patuissent, qui vltro volensque confitetur exemplo Daretis Phrygii se primorum Hungariae ducum bella scripturum, hoc est, commenta poetica prosa oratione relaturum? qui imperitus conuenientia fingendi Alnum ducem, dum suos ad fortiter pugnandum inflammat, lacrimantem inducit: et ex ore eius precaciunculam Christiani Martyris fundit: iuramento Hungarorum anathema (Romanum, an Graecum? nescio) adiungit? sed haec infra spiffius excutientur. Alioquin, si quae etiam autoritas Anonymi esset, locum allatum ex annalibus Fuldensibus haudquaquam infringeret. Etenim ex eo loco clarum est legatos ad Landomirum profectos fuisse. Huius autem regnum vt ab Vngo fluuiio remotum, ita in Moesia fixum fuisse tam

certum est, quam quod certissimum. Illis proinde Bulgaris, quos Moesia habebat, finitima fuit Moravia, nec proinde a Pannoniis seclusa.

Et vero quid aliud alio loco, ad annum 884. quid, inquam, aliud annales Fuldenfes innuunt? Ferunt illi, Vilhelmum et Engiscalcum comites Pannoniae superioris contra terminos Morauorum in Oriente positos multa pro patria tuenda conficiendo suffasse. „ Quinam, quaeso, Moravi in Oriente positi? Equidem non illi, qui Danubium inter et Carpatum per longa montium iuga, et camporum aequora diffusi Bohemiam versus protendebantur. Nemo enim vigilans orientem ibi solem aspexit: Non illi, quos Salagius contra omnium scriptorum fidem in Austria collocavit: (a) namque Austria nec Moravos vnquam tenuit: nec inferioris Pannoniae nomen tulit. Ipse Salagius hanc suam de Austria sententiam pro more expofit, et conuulfit. (b) Itaque Moravi in oriente positi, et, vt ex verbis clare elucet, superiori Pannoniae oppositi,

haud

(a) L. 4. C. 2. n. 35.

(b) L. 4. C. 6. n. 2.

haud esse possunt alii ab illis, qui Pannoniam inferiorem subinde infederunt. Haec enim Pannonia nomine Pannoniae orientalis et Latinis (a) et Francis scriptoribus veniebat. Nam Liundeuitus inferioris Pannoniae (b) et rursus Orientalium Slavorum (c) dux appellatur. Proinde, per hanc Pannoniam, imo et ultra hanc, Moraviam longe lateque stetisse vetustissimis monumentis exploratum habemus.

XVI. Rem hanc totam minime, ut videtur, dubiam, sacris etiam monumentis illustrare iuuerit: Scriptor vitae S. Cyrilli narrat egressum e Bulgaria Cyrillum illicet ad terram Moraviae venisse. (d) Initiauerat nimirum gentem Bulgarorum Christianae fidei rudimentis Cyrillus, et, cum superstitionis ten-

B 5

ne-

(a) Vide Lucium de Regn: Dalm. et Croati. L. 1. C. 6. et Salagium de statu Ciuil. Pan. L. 1. n. 7.

(b) Salag. L. 4. c. 6. n. 2.

(c) Idem. l. c. n. 3.

(d) Egressus itaque primo venit ad Bulgaros, quos diuina gratia cooperante sua praedicatione conuertit ad fidem. Abinde autem procedens, venit in terram Moraviae secum portans corpus S. Clementis. In vita 2do loco proposita apud Bollandum ad diem IX Martii Tom. II.

nebris Morauia laboraret, opere suo ad maturitatem in Bulgaria perducto Morauiae lumen fidei intulit. Biographus eius istud iuxta cum reliquis eius actis posteritati transmisit. Cum autem is statuisset totum Cyrilli iter describere, gentesque Christo apostolicis eius praedicationibus iniciatas commemorare, haud utique silentio erat transmissurus eos populos, per quos e Bulgaria in Morauiam transit, si qui alii Bulgariam inter et Morauiam intercessissent, praesertim cum e Bulgaria in Morauiam per Slaucas nationes Cyrillo transeundum fuerit.

XVII. Nec illud nihil est, quod Methodius Cyrilli frater, et laborum comes in literis maximorum Pontificum iam Pannoniensis, iam Morauiensis episcopus; item modo in Pannoniam, modo in Morauiam missus esse feratur, videtur ex eo planissime cogi, ut Pannoniensem et Morauensem Ecclesiam: ita Pannoniam et Morauiam fuisse prouinciam vnā. Literas, quae id testatum faciunt, plures recitat Salagius. (a) Ea non nisi, quae

(a) Vide eas apud Salag. L. 4. C. 7. n. 10.

quae e re nostra sunt, hic excerpta dabo. Ioannis VIII. Papae epistola nonagesima hoc praefert exordium: „ *Reuerendissimo*
 „ *Methodio Archiepiscopo Pannoniensis Eccle-*
 „ *siae.* „ Eiusdem Ioannis et Papae epistola ad Suentopulchrum gloriosum Comitem data sic habet: „ *Industriae tuae notum esse vo-*
 „ *lumus quoniam confratre nostro Methodio re-*
 „ *uerendissimo Archiepiscopo Sanctae Ecclesiae*
 „ *Morauiensis.* „ Idem itaque Methodius iam Pannoniensis, iam Morauiensis Archiepiscopus, et quidem ab eodem Papa dicitur. Deinde in eadem epistola, quae ab Ioanne Papa Suentopulcro reddita est, scribit pontifex Methodium omnis criminationis, scelere maledicorum conflatae, purum, vitaeque iuxta, atque doctrinae integrum, rursus in concreditam suae curae ecclesiam (a) esse remissum. Indubium est legenti has literas Methodium ad Morauiam iussum fuisse redire. Quae porro, et quam late extenta fuerit Morauia, ad quam, utpote iam ante sibi
 con-

(a) Nos autem illum (Methodium) in omnibus ecclesiasticis doctrinis et vtilitatibus orthodoxum et proficuum esse reperientes, vobis iterum ad regendam commissam sibi ecclesiam Dei remissimus, verba sunt Pontificis, in eadem exempla genta.

conmissam, Methodius remittitur, indicat idem pontifex epistola ad Carolomanum data, vbi docet Methodium ad Pannoniensem episcopatum ab sede apostolica fuisse ordinatum. (a) Cum itaque Methodius ad Pannoniensem ecclesiam ordinatus, et in Morauiam redierit, et Morauienti ecclesiae praeful praefuerit, nec constet duabus ecclesiis eum archipraefulem fuisse ab sede apostolica datum, quis addubitet: vt Pannoniensem et Morauientem ecclesiam vnam; proinde Pannoniam quoque, et Morauiam vnam, eandemque fuisse prouinciam? Nestor Russicae historiae pater id mirifice confirmat. Fert is, vt supra memoratum, Constantino, seu Cyrillo, Romam reuerso Methodium in Morauia misisse, et a Principe Koczel (b) Pannonien-

(a) Ioannes Episcopus glorioso viro Carolomanno dilecti filii nostri Ludouici regis filio. —
 „ Reddito ac restituto nobis Pannoniensium Episcopatu, liceat praedicto fratri nostro Methodio,
 „ qui *illic* a sede apostolica *ordinatus est*, secundum
 „ priscam consuetudinem libere, quae sunt episcopi gerere. „ Fragmentum hoc epistolae vide apud Timonem Hung. ant. L. 2. C. 16. pag. 294. edit. Cassou. anni 1733. et apud Salagium. L. 4. C. 7. pag. 440.

(b) Duci, qui Nestori Kozel dicitur, Heziloni fuit nomen. (Ioan. Auent. in annal. Boi. pag.

nienſi epiſcopatu auctum ſedem Andronici (a) tenuiſſe, quae cum Sirmii fuerit, cumque Methodius in Morauia manſiſſe dicatur, apertum eſt Sirmium in Morauia, atque Morauiam in Pannonia fuiſſe.

XVIII Nondum Methodium deſeram: veſtigiis eius preſſe inſiſtam, quo certius hoc viae duce ad ipſam Morauiam perueniam. Peruetuſtus vitae eius ſcriptor haec habet:
 „ Philoſopho (S. Cyrillo) reuerſo (a Chazaris) Conſtantinopolim, audiens Ratiſlaus
 „ Princeps Morauiae, quod factum fuerat a
 „ Philoſopho in prouincia Chazarorum, ipſe
 „ quoque genti ſuae conſulens ad praedictum
 „ im-

363. nota C. edit. Lips. an. 1710.) Hunc Morauorum principem in Pannonia rerum potitum fuiſſe conſtitit ex anonimo de conu. Carantanor. nro. 18. et 21. Idem anonymus prodit patrem eius Priuinam vita a Morauis in Pannonia ſpoliatum fuiſſe. Quod vtique non ab iis effectum fuerit, qui tanto terrarum tractu abſciſſi ad arcem ducis omnem aditum obſeptum habebant: ſed quos Priuinæ vicinos ipſa loci propinguitas ad inſidias tendendas, et conceptum ſcelus perficiendum adiuuabat. Nouum dominationis Morauorum in Pannonia argumentum.

(c) Andronicum Sirmienſium fuiſſe primum epiſcopum oſtendit Salagiſ. L. 2. C. 1. nro 12. et. 13.

„ imperatorem (Michaelem) nuncios misit,
 „ nuncians hoc, quod populus suus ab ido-
 „ lorum quidem cultura recefferat, et Chri-
 „ stianam legem obseruare desiderabat: verum
 „ doctorem talem non habent, qui ad legen-
 „ dum eos, et ad perfectam legem ipsos edo-
 „ ceat: rogare se talem hominem ad partes
 „ illas dirigat, qui pleniter fidem, et ordi-
 „ nem diuinae legis, et viam veritatis popu-
 „ lo illi ostendere valeat. Cuius precibus
 „ annuens imperator eundem supernomina-
 „ tum philosophum ad se venire rogauit,
 „ eumque illuc, id est, in terram Slauium si-
 „ mul cum Methodio germano suo transmisit,
 „ copiosis valde illi de palatio suo datis ex-
 „ pendiis. „ Patet ex his Methodium ad eam
 „ venisse Morauiam, cuius Ratislaus dominaba-
 „ tur. Nam Michael imperator Graecorum,
 „ inflexus precibus Ratsilai principis Morauiae,
 „ virum hunc cum germano suo Cyrillo, omni-
 „ bus et vitae et viae necessariis instructum,
 „ misit Ratsilao. Hunc illi, eodem scriptore te-
 „ ste, religionis Christianae ardore flagrantem,
 „ posteaquam sacra doctrina probe imbuissent,
 „ sacris vndis abluerunt. Iam, quibus terrarum
 „ oris imperitauerit Ratislaus? videamus. An-
 „ nales Francofuldenses quidem in Illyrici, vt
 „ illud

illud latissime sumitur, terris ditiones Ratislai fuisse non obscure innuunt. Nam propinquum Bulgaris, innexum Carantanis, finitimum Noricis, et coniunctum fuisse indicant. Cum enim diuersos motus Ludouici Regis in Radislaum principem, Carolomanni Ludouico rebellis filii fautorem, recensuissent, subiungunt (a) Ludouicum patrem, vt Carolomanni filii in Carantania degentis proteruam vindicaret, collecto exercitu eo properasse, fama prius didita, personatoque odio in Rasticem, quasi hoc ipso exercitu, qui reuera in filium ducebatur in Carantanium, Rasticem adgressurus esset. Nemo non videt, Ludouici simulationem omnium, qui fuerunt, quique futuri sunt,

(a) Carlemannus filius regis, qui praelatus erat Carantanis, tam multis criminibus, et tam magnis apud Patrêm absens accusatus est, vt reus maiestatis haberi debuisset, si quae in eum dicta sunt, ab accusatoribus probari potuissent. — Quo audito Carlemanus — ad Carinthiam se recepit, ibi tutari apud suos, quos sibi fideles arbitratus est, volens. — Interea Rex collecto exercitu specie quidem, quasi Rasticem Margensium Sclauorum ducem cum auxilio Bulgarorum ab oriente venientium (vt fama fuit) domaturus, re autem vera ad Carantanos filium expugnaturus accessit. Ad an. 863. Rastices hic idem est, qui Radislaus vel Ratislaus Morauiae princeps, vt paucissimis ignotum est.

sunt, hominum sibilis dignissimam futuram fuisse, si Radislaus Vaganis, et Nitriensibus oris, aut hodiernae Moraviae princeps praefuisset, et Ludouicus rex, re vera filium Carolomanum ad officium reuocaturus, simulate autem Radislaum Moraviae principem cum auxilio Bulgarorum adgressurus, Carantaniae eapropter exercitum infudisset. Quis igitur non videt, qui quidem aliquid videt: Marauiam Radislai ducis imperia venerantem, locorum vicinitate iunctam Carinthiae, Bulgarorum, Pannonumque confinem, certe vnam Illyrici prouinciam constituisse? Addamus his Methodium a Radislao principe ad suas ditiones accersitum, quod eius testatur biographus: addamus, quod anonymus conuersionis Carantanorum author (a) docet Methodium

(a) Anonymus de conuersione Baioariorum et Carantanorum testis est in inferiore Pannonia et Carinthia opera episcoporum Iuuauenis religionem Christianam egregie effloruisse, „ *vsque dum quidam Graecus, Methodius nomine, nouiter inuenis Slauicis literis, linguam Latinam, doctrinamque Romanam, atque literas auctorales Latinas philosophice superducens vilescere fecit cuncto populo ex parte missas et euangelia, ecclesiasticumque officium illorum, qui hoc latine celebrauerunt.* „ Habemus ex his Methodium per omnes illas terras, qua in Pannoniis

thodium a Radislao accersitum propinguis Carinthiae Slauorum gentibus lumen diuinae fidei
| cumu-

noniis, et vicinia Salisburgensium praesulum iurisdictione se porrigebat, multum opere, quamuis in gratiis Iuuauenis antistitum, ad firmandam Christi doctrinam collocasse. Porro sciendum est duos diuersos fuisse Methodios episcopos. Nam alter, vt habet Cedrenus, ῥωμαίος το γένος genere Romanus; alter autem, nempe germanus Cyrilli, Constantinopolitanus, vel Thessalonicensis, certe, vt paulo ante vidimus, Graecus fuit. Firmat id ipsum epistola Eugenii Papae ducibus Hunniae, et Morauiae reddita, Timon eam recitat ex Lazio L. 2. C. 14. Salagius autem L. 4. C. 2. n. 6. ex chronico Reicherspergenfi. Variat vtrobique: apud Salagium hoc est eius initium: *Eugenius Episcopus seruus seruorum Dei Rathfredo sanctae Iauianensis Ecclesiae, et Methodio Ecclesiae speculi Iulienfis, quae et Sorigiturensis nuncupatur, atque Aleuino sanctae Nitrauiensis Ecclesiae. etc.* Eugenius Papa vniuersa orbis Christiani sacra moderabatur intra annum 824. et 827. vt docet Salagius l. c. Tunc igitur Methodius Ecclesiae Speculi Iulienfi praeerat: at Methodius Cyrilli germanus primum an. 863. vt vult Pagius, vel, vt contendit Assemanus Kalen. Eccl. Vni. T. 3. pag. 44. an. 866. ad Bulgariam, inde primum ad Morauiam venit. Itaque alter fuit Methodius episcopus Speculi Iulienfis; alter Morauorum apostolus. Procul ergo a vero abeunt, qui, cum legunt Methodium episcopum Speculi Iuliensem fuisse, scientes, Methodium aliquem Morauorum apostolum extitisse; continuo inferunt Speculi Iulium Olomucio respondere, certe in hodierna Morauia stetisse. Infra videbimus: et episcopos, et duces, qui in hac epistola occurrunt, omnes ad Pannoniam pertinere.

cumulasse: iungamus, quod ex Nestore vidimus, Methodium criminationum, quarum reus agebatur, purum in Morauia mansisse: ibi, quod Russicae historiae pater addit, Sirmiensi ecclesiae, vel phrasi summorum pontificum Morauienti ecclesiae praesedisse: iungamus haec, inquam, et iuncta paulisper intueamur, an cuiquam in tam luculenta coaeuorum testimonium copia dubitationis vel umbra oboriri potest: in Norici, et Pannoniarum et, Bulgarorum confiniis Morauiam veterem sitam, locatamque stetisse, ac illis immissam, confociatamque fuisse?

XIX. Iuuat iam ipsos audire Bauaros, quorum ea tempestate potestas in Pannonias vsque se extendit. Ex eorum, vtpote coaeuorum testimonium, verbis non erit difficilis de re, quam inuestigamus, coniectura. Eapropter, nequid dissimulare videar, adiungam hic totam epistolam episcoporum Bauariae ad Ioannem Papam IX. anno 899. datam, quae sic habet:


Summo Pontifici et vniuersali Papae,
 Domino Ioanni Romanae sedis magnifico
 Gubernatori humillimi Paternitatis vestrae filii
THEOTMARUS Iuuauientis Ecclesiae Ar-
 chi-

chiepiscopus. Waldo Frisingensis. ERCHEN-
 PALDUS Eustatenfis. ZACHARIAS Soebo-
 nensis (hodie Brixienfis) Tuto Ratisponen-
 fis. RICHARDUS Patauifnfis Ecclefiae Epi-
 fcopus. Nec non et vniuerfus Clerus populuf-
 que Chriftianus per totam Noricam, quae et
 Bauaria conuerfatur. Proferum in Saluatore
 noftro profectum; Catholicae pacis augmen-
 tum, et regnum optamus aeternum:

Antecefforum veftrorum decretis et Ca-
 tholicorum patrum inftitutis pleniffime inftu-
 mur in omnibus noftro ministerio facardotali
 obftantibus et aduerfantibus Romanum appel-
 lare Pontificem, vt quod ad vnitatem concor-
 diae, et ad custodiam pertinet disciplinae nul-
 la diffenfione violetur, fed ab ipfo fuma pro-
 uifione decernatur: nequaquam enim credimus,
 quod coacti quotidie audimus, vt de illa fan-
 cta et Apoftolica fede, quae nobis Sacerdo-
 talis mater eft dignitatis, et origo Chriftianae
 religionis, profluxerit quippiam peruerfitatis,
 fed doctrina et auctoritas Ecclefiafticae ratio-
 nis. Sed venerunt, vt ipfi promulgauerunt,
 de latere veftro tres Epifcopi videlicet IOAN-
 NES Archiepifcopus. BENEDICTUS ET DA-
 NIEL Epifcopi in terram Schlauorum, qui

Maraci (Marau) dicuntur, quae regibus nostris et populo nostro, nobis quoque cum habitatoribus suis subacta fuerat, tam in cultu Christianae religionis quam in tributo substantiae secularis, quia exinde primum imbuti, et ex paganis Christiani sunt facti. Et idcirco Patauiensis Episcopus Ciuitatis, in cuius Diaecesi sunt illius tempore populi ab exordio Christianitatis eorum, quando voluit et debuit, illuc nullo obstante intrauit, et Synodalem cum suis et etiam ibi inuentis conuentum frequentauit et omnia, quae agenda sunt, potenter egit, et nullus ei in faciem restitit. Etiam et nostri Comites illi terae confines placita secularia illic continuauerunt, et quae corrigenda sunt, correxerunt, tributa tulerunt, et nulli eis restiterunt, vsque dum incessante corda eorum Diabolo Christianitatem abhorrere, omnem iustitiam detrectare, bello que laceffere, et obsistere saeuissime coeperunt, adeo vt via Episcopo et praedicatoribus illo non effet; sed libitn suo egerunt, quae voluerunt. Nunc vero, quod nobis graue videtur, et incredibile, in augmentum iniuriae iactitant se magnitudine pecuniae id egisse, qualia de illa Apostolica sede nunquam audiuius exisse, neque Canonum decreta

sanxiffe, vt tantum Schisma vna pateretur Ecclesia. Est enim vnus Episcopatus in quinque diuifus. Intrans enim praedicti Episcopi in nomine vestro, vt ipsi dixerunt, ordinarunt in vno eodemque Episcopatu vnum Archiepiscopum, si tamen in alterius Episcopatu Archiepiscopium esse potest, et tres suffraganeos eius Episcopos absque scientia Archiepiscopi, et consensu Episcopi, in cuius fuerunt diaecesi. Cum in Concilio Africano Cap: XX. decretum fit, vt plebes, quae in diaecesibus ab Episcopis retinentur, quae nunquam Episcopos habuerunt, non nisi cum voluntate eius Episcopi, a quo tenentur, proprios accipiant rectores, vel Episcopos. Et item in eodem Concilio cap: XV. vt plebes, quae nunquam habuerunt proprios Episcopos, nisi ex Consilio plenario vnus cuius prouinciae et primatus, atque consensu eius, ad cuius diaecesim eadem plebs pertinebat, Episcopos minime accipiant. In decretis Papae Leonis Cap. XV. scriptum est: nulla ratio finit, vt inter Episcopos habeantur, qui a Prouincialibus Episcopis cum Metropolitanis iudicio non consecrantur. Item cap. XLIX. si indignis quibusque et longe extra sacerdotale meritum constitutis pastorale fastigium, et



gubernatio Ecclesiae detur, non est hoc consulere populis, sed nocere, nec praestare regimen, sed augere discrimen. Et in eodem Capite post pauca: difficile est vt bono peragantur exitu, quae malo inchoata sunt principio. Et in decreto Papae Caelestini Antecessoris vestri Cap. XVII. continetur, ne alicui locus concedatur Sacerdoti in alterius iniuriam. Antecessor vester ZUENTIBALDO Duce imperante WICHINGUM consecrauit Episcopum, et nequaquam in illum antiquum Patauensem Episcopatum eum transmisit, sed in quandam Neophitam gentem, quam ipse Dux domuit bello, et ex paganis Christianos esse patrauit.

Cum autem eisdem Schlauis locus familiaritatis apud legatos vestros dabatur, accusabant nos, et diffamabant in multis, et verbis mendacibus instabant, quia nemo eis vera respondabit dicentes, nos et cum Francis et Alemannis scandalum et discordiam habuisse: cum hoc falsum esse ex hoc conuincitur, quia amicissimi nostri sunt, et caritative cooperatores, et etiam cum ipsis impacatos esse accusabant. Quod non nostra culpa exigente, sed sua proteruia faciente ita fatemur esse:

quia

quia quando Christianitas illis coepit vilescere, et insuper debitum tributum senioribus nostris regibus et principibus eorum solvere respuerunt, belloque resistere, et gentem nostram coeperunt laceffere, orta est seditio inter illos, et quoniam armis sibi eos defenderunt, et in seruitium redegerunt. Idcirco iure proprio tributarios habere debuerunt, et debent, et siue velint, siue nolint, regno nostro subacti erunt. Quapropter oportet vos ab alto speculari, et moderamini temperiem prae omnibus tenere, ne peior pars confortetur, et melior infirmetur. Progenitores namque Serenissimi senioris nostri LVDOVICI videlicet Imperatoris et Regis ex Christianissima Francorum gente prodierunt. MOIMARII vero Schlaui a paganis ethnicis venerunt. Illi potentia Imperiali Romanam rempublicam sublimauerunt. Isti damnauerunt. Illi Christianum regnum confortauerunt. Isti infirmauerunt. Illi toto mundo spectabiles apparuerunt. Isti latibulis et Urbibus occultati fuerunt. Illorum consilio Apostolica sedes pollebat. Istorum persecutione Christianitas dolebat. In omnibus his Iuenculus Rex noster nulli praedecessorum suorum inferior secundum virtutem a Deo sibi

datam Sanctae Romanae Ecclesiae et vobis Summo Pontifici cum omnibus regni sui Principibus adiutor optat esse fortissimus. Omne namque regnum diuinitus sibi commissum ad Dei seruitium, suumque adiutorium vnum vult et operatur. Vnde et pace viget, et concordia gratulatur, atque ad vestram paternitatem, sicut patres sui, se pertinere laetatur.

Quod nos praefati Schlaui criminabantur cum Vngaris fidem Catholicam violasse, et per canem seu lupum aliasque nefandissimas et ethnicas res Sacramenta et pacem egisse, atque vt in Italiam transfirent, pecuniam dedisse: si vobis coram posito ratio inter nos agigaretur, ante Deum, qui cuncta nouit, antequam fiant, et coram vobis, qui vicem eius Apostolicam tenetis, eorum falsitas manifestaretur, et nostra innocentia probaretur. Quia enim Christianis nostris longe a nobis positis semper imminebant, et persecutione nimia affligebant, donauimus illis nullius pretiosae pecuniam substantiae, et tantum nostra linea vestimenta, quatenus aliquatenus eorum feritatem molliremus, et ab eorum persecutione quiesceremus. Talia
nam-

namque iuxta malitiam cordis sui argum-
 tantes, et Pontifices vestros ad iniuriam no-
 stram incitantes, adeo, vt directa nobis epi-
 stola, quasi ab Apostolica sede, haec omnia
 improperebant, et diuersas iniurias ingere-
 bant, atque inter alia diuino gladio feriendos
 dignos dicebant. Impletur enim in nobis,
 quod quidam sapiens ait: Iustus tulit crimen
 iniqui. Ipsi enim crimen, quod nobis falso
 semel factum imposuerunt, multis annis per-
 egerunt. Ipsi Vngarorum non modicam mul-
 titudinem ad se sumpserunt, et more eorum
 capita suorum pseudo — Christianorum pe-
 nitus detonderunt, et super nos Christianos
 immiserunt, atque ipsi superuenerunt, et alios
 captiuos duxerunt, alios occiderunt, alios
 ferina carcerum fame et siti perdidierunt, in-
 numeros vero exilio deputauerunt, et nobi-
 les viros ac honestas mulieres in seruitium
 redegerunt, Ecclesias Dei incenderunt, et
 omnia aedificia deleuerunt, ita vt in tota
 Pannonia nostra maxima prouincia tantum
 vna non appareat Ecclesia, prout Episcopi
 a vobis destinati, si fateri velint, enarrare
 possunt, quantos dies transferunt, et totam
 terram desolatam viderunt.

Quando vero Vngaros Italiam intrasse comperimus, pacificari cum eisdem Schlauiis, teste Deo, multum desiderauimus, promittentes eis propter Deum omnipotentem ad perfectum indulgere omnia mala contra nos, nostrosque acta, et omnia reddere, quae de suis nostros constaret habere, quatenus ex illis securos nos redderent, et tamdiu spatium darent, quamdiu Longobardiam nobis intrare, et res Sancti Petri defendere, populumque Christianum diuino adiutorio redimere liceret: et nec ipsum ab eis obtinere potuimus. Et post tanta maleficia haberent beneficia? et sunt falsi accusatores, qui semper fuere Christianorum persecutores. Siquis in toto mundo nos aliorum aberrasse, et iustitiae restitisse probare conetur, veniat praefens, et eum ludificasse, nosque de hac re sentietis purissimos esse. Idcirco singuli omnesque admonendo precamur: ne vlllo modo alicui falso de nobis aliquam suspicionem referenti creduli sitis, antequam oportunitas exigat, vt huius rei gratia missus de vestra celsitudine nobis, aut a nostra paruitate directus appareat vobis. Communis gemitus et generalis dolor angustat, quos

Ger-

Germania, et tota tenet Norica, quod unitas Ecclesiae diuiditur sciffura.

Est enim, vt praemisimus, vnus Episcopatus in quinque diuisus. Ideo siquid fraus maligni Schlauorum calliditate adduxerat, iustitia vertat. Vosque virtute ex alto induti, et Apostolica potestate armati iuxta Prophetam: Quod fractum est, alligate, quod infirmum consolidate, quod abiectum reducite. Vt deinceps populus et fidei integritate gratuletur, et Sancta Ecclesia tranquilla deuotione laetetur. Theotmarus indignus Archiepiscopus et Apostolicarum rerum Procurator promptissimus. Pecuniam vestro iuri debitam propter infestam paganorum saeuitiam nec per me poteram, nec per alios transmittere. Sed quia Dei gratia liberata est Italia, quanto citius potero vobis transmittam. Precatur nostra humilitas, vt dignetur vestra sublimitas respondere per singula transmissa cum Epistola.

Alme pater mundi, dignus pro nomine Petri.
 Nomine quem sequeris, vtinam virtute sequaris.
 Sisque tuis famulis protector verus, et impos
 (forte imos)

Commendes Domino, Coelo qui praesidet alto.

XX. Hae sunt episcoporum Bauariae literae: quae si tempus, si authores, si res ipsa in trutinam reuocentur, controuersiam omnem tollunt, locumque, in quo vetus Morauia fuit, aperta in luce ponunt. Sunt enim coeuae rei, quam narramus: sunt exaratae ab episcopis Boioariae, quos nec nomen, nec situs prouinciarum, peraeque ad Bauariam, atque ad suam iurisdictionem pertinentium, latere potuit. Id porro quod de situ magnae Morauiae dubium est, ordine pandunt. Nam ferunt tres episcopos uenisse in terram Slauorum, qui Morauii dicuntur. Itaque in Morauiam; ut luculentum est. Terra enim Slauorum Morauorum Morauia est. At uero tres hi episcopi uenere in Pannonias, vicinaque loca. Etenim uenerunt in illam terram, quae, testibus Boioariae episcoporum literis et uerbis, Regibus Boioariorum, et populo Bauarico, et episcopis eiusdem gentis subacta fuerat. Porro terra, quae Boioariae regum iuribus, potestatique suberat, Noricum fuit, siue Austria, Stiria, Carinthia, Tirolis, Bauaria, et pars Franconiae cum Pannoniis. Ultra has potestas Boioariorum non protendebatur. Qua Marcomanorum, Quadorumque terrae iacebant olim,

olim, nihil erat, quod Boioarios, tanquam terrarum dominos, veneretur. Terras iuxta cum iuribus Norici regni vnus scindebat Danubius. Itaque tres illos episcōpos, de quibus dictum, dum in terram Morauorum venerunt, in Pannoniarum finem venisse, proindeque Morauiam partem Pannoniarum, vicinaque Moesiae loca occupasse compertum habemus.

XXI. Adde, quod episcopi dicti venerunt in terram, in qua Patauiensis episcopus, quoties ei videbatur, synodos celebrabat. At Patauienses Praefules nullas vnquam synodos coegere in ea continente, quae a Grano ad Morauam prolata Danubio et Carpato concludebatur. Res haec in dubitationem nequaquam trahi potest, seu iam ante Methodium lumen fidei Christianae in illas oras illatum fuisse statuamus; seu, quod veri similius, omnia hic ante Methodium superstitionum ethnicarum integumentis inuoluebantur. Nam si hic ante Methodium apostolum crassa vbi-que dominabatur supersticio: cui hic, aut quorsum celebrabantur synodi? manifestum est nullas fuisse. Quid enim tunc iuris Patauiensibus episcopis aut fuit, aut esse potuit
ad

ad has oras? Methodius autem initiata Christo Morauorum gente Patauiensium Praesulum synodos nec opus habebat, nec admittere poterat.

Qui vero statuunt iam ante Methodii tempora rem hic Christianam viguisse: ii praecipue nituntur epistola Eugenii II. PP. qua testatum fit ab Vrolfo Laureacensi Archimysta Morauos ad Christum adductos, et quatuor episcopis subiectos esse. (a) At vero in hac epistola illius veteris solummodo Moraviae fit mentio, quae fines Pannoniarum et Moesiae occupabat, vt infra explicatius dabo, igitur illa nec loco adfertur: nec, quod obscurum est, illustrat. Ne tamen vnus omnium pene scriptorum de hac epistola sensa infringere videar, do interim veritatis eruendae ergo Vrolfum Lauriacensem Praesulem Moraviae huic, quae Vago flumine interluebatur, saluberrimam Christi doctrinam intulisse. Quid inde confit? num quidpiam iuris ex hoc fonte in Patauienses Praesules profuit? nequaquam. Nam quamuis Laureac-

cen-

(a) Vide eam totam apud Salagium L. 4. C. 2. pag. 179.

census cum Patauiensi episcopatu coniunctus fuerit; tamen Vrolfus Laureacensibus sic praeerat, vt sedem Patauiensem non obtinuerit. In triplici enim conuentu episcoporum annis 806. et 807. et alio incerto celebrato, cui praesuit Arno archiepiscopus Salisburgensis, mentio occurrit Hatonis Patauiensis. (a) Annis 823 et 836 Reginarius Patauiensis episcopus in diplomatis appellatur, (b) His autem annis Vrolfus inter viuos agebat anno demum 837. e numero viuentium sublatus. (c) Itaque ad hoc tempus nihil iuris fuit episcopo Patauiensi in plagas Nitrienses. Vrolfus porro testibus literis Eugenii II. PP. quatuor instituit episcopatus, quorum vnus fuit Nitriensis. (Aleuinum eadem literae vocant, alii Albinum, Lazius Alchuinum.) Demus iam hunc Aleuinum episcopali dignitate fulsisse, atque sedem suam Nitriae in Hungaria, seu in praetensa illa Morauia habuisse. An eo praesule Patauienses episcopi hic synodos celebrabant? Vnde hoc ius in eos deriuatum? Ab Vrolfo Laureacensi, an Aleuino
 Ni-

(a) Vide Hanfis. T. I. pag. 153.

(b) l. c. pag. 156.

(c) Vide Pag. Critic. ad ann. 824. num. 15.

Nitriensi? Affirma vtrumuis: vnde rei huius testes proferes tabulas? Iam Aleuinum in episcopatu excepit Methodius (a) Hic successorem habuit Vichinum, qui, cum gente Alemanus esset, ab Arnulfo imperatore ad sedem Patauiensem translatus vacuam episcopo reliquit Nitriam, ab Vngaris subinde euersam. Quando, quaeso; aut quo iure Patauienses praesules hic synodos suas habere, atque alieno in foro iurisdictionem suam exercere poterant?

XXII. At poterant habere, et vero celebrabant etiam synodos in Pannoniis. Testis omni exceptione maior est Agapitus II. PP. in iis literis, quibus circiter annum 946. Gerardum Laureacensis ecclesiae archiepiscopum, in omnium pristinorum iurium possessionem immisum, metropolitanae dignitate auctum pallii etiam honore circumdedit. (b) Cum in
ea

(a) Salagius L. 3. pag. 258. et sequ.

(b) Rescriptum hoc ex appendice ad chronicon Reicherfpergense desumptum extat apud Salagium L. 4. C. 2. n. 8. Quae e re nostra sunt, hic damus. Agapitus seruus seruorum Dei Fratri dilectissimo et Reuerendissimo Gerardo, S. Lauriacensis Ecclesiae Archiepiscopo in Christo salutem.
Pe-

ea epistola pontifex limites antiquos Laureacensis episcopatus subinde cum Patauiensi
con-

Petitiones tuas pro renouandis siue approbandis Ecclesiae tuae priuilegiis venerabilis Fuldensis monasterii abbas Hademarus — experientiae nostrae suggestit, pariterque iurgia et disceptationes grauissimas inter te, et Heroldum Archiepiscopum pro vtrinque suscepta in vna prouincia pallii auctoritate exortas flebiliter nunciauit. — — — Notum est igitur — quibus ecclesiarum locis dignitas pallii ab hac apostolica sede debeat. Lauriacensem autem urbem antiquitus metropolitanam fore, et Archiepiscopii sedem — sicut in priuilegiis authenticis ad nos vsque a te directis legimus, ita quoque inuentis quibusdam exemplaribus chartae vetustate admodum attritis in archiuo S. Petri reperimus. Hanc etiam in exordio nascentis Ecclesiae, et immanissima Christianorum persecutione, a doctoribus istius sedis catholicae fidei nouimus rudimenta percepisse, et exinde a succedentibus praedicatoribus *in superioris atque inferioris Pannoniae prouincias eiusdem fidei emanasse gratiam.* Quibus etiam *duabus prouinciis*, illarumque pontificibus vsque ad tempora Hunnorum non alius, quam sanctae Laureacensis praefuit archiepiscopus. — — — Modernis autem nec multum retro elapsis temporibus vacante ab apostolico vicario Bauariorum regno Arno primus Sancte Salzbουργensis ecclesiae subrogatur archiepiscopus. — — — Proinde distribuere, atque determinare ita vobis parochias bonum et pacificum aestimamus, vt diuisis *duabus Noricae regionis prouinciis* Heroldo archiepiscopo occidentalis Pannoniae cura committatur, et custodia; tibi autem successoribusque tuis propter emeritam antiquitatem sanctae Lauriacensis ecclesiae — prouidentiam
D orien-

confusi recenseat, cum eos etiam enumeret, quibus deinceps contineri debeat iurisdictio metropolitae Laureacensis, profecto non erat silentio preffurus, si aut olim, aut illo, quo has literas dedit, anno, quidpiam iuris in
Ni-

orientalis Pannoniae, regionemque Auarorum, atque Maraharorum, sed et Schlauiorum — circumquaque manentium credimus. — Quod si iam dictus archiepiscopus Heroldus — minime definito limite contentus — a sua potestate separatam diaecesim repetere peruehaciter conatur — ipse etiam pie concessa dignitatis munificentia penitus priuetur, atque secundum ius pristinum *superior Pannonia continuetur inferiori*, atque tuae, tuorumque successorum ambae perpetualiter subiaceant ditioni. Literae hae clare loquuntur primo: Pannoniam superiorem et inferiorem a Laureacensibus praefulibus ad Christum adductas: de hodierna autem, uti et de Nitriensi Morauia id prorsus tacent. 2do: non nisi: Pannoniam superiorem, et inferiorem inter duos episcopos iura metropolitae in Pannonia sibi vindicantes distribuunt. Nam si Heroldus, inquit, a sua potestate separatam Diaecesim peruehaciter repetierit, secundum ius pristinum *superior Pannonia continuetur priori*, atque totum Laureacensi subiaceat ditioni, Itaque et regio Auarorum, et Marauorum, quarum mentio hic iniicitur, duabus his continetur Pannoniis. Alioquin regiones, quas diuisio haec complectitur, vocantur duae Noricae regionis prouinciae: hodierna autem Morauia ad Granum olim, ut ferunt, continuata nunquam fuit Noricae regionis prouincia: proinde Morauorum regio, cuius hic meminere testes coaeui, ad Pannonias spectabat.

Nitrienses plagas Laureacensibus, seu, quod tum iam idem erat, Patauiensibus fuisse, quemadmodum non supersedit ea commemorare Pontifex, quae in Pannoniis ad Laureacenses spectabant.

Sed tam Aleuinum, de quo paulo supra, ad Nitriam Hungariae non pertinere, quam Nitrienses, vicinasque Nitriae, et hodiernae Moraviae plagas iurisdictioni praesulum Patauiensium non fuisse vnquam subiectas ipsi episcopi Bauari, quos ea res fugere nullo modo poterat, confitentur iis verbis: „ Antecessor vester Suentibaldo duce imperante Vichinum consecrauit episcopum, et nequaquam in illum antiquum Patauiensem episcopatum eum transmisit, sed in quandam neophitam gentem, quam ipse dux domuit bello, et ex paganis Christianos esse patrauit. „ Neophita gens hoc loco Nitrienses cum vicinis populis a Grano ad Morauam et vltra iacentibus dicuntur. His enim Vichinus a Ioanne VIII. petente Suatopulgo datus est episcopus. (a) Atqui hos

D 2

po-

(a) Epistola inter epistolas Ioannis VIII. centesima septima ad Suentopulgrum data inter caete-

populos, vt palam est, excludunt a Patau-
 enſi diaeceſi Bauariae epiſcopi. Eorum itaque
 teſtimonio, qui id optime noſſe poterant,
 planum redditur, plagas Nitrienſes extra diae-
 ceſim Patauienſem iacuiſſe. Diſcimus iuxta
 ex his apud Nitrienſes altas ſuperſtitionum
 tenebras obtinuiſſe vsque ad Suatoplugum;
 proinde a Methodio primum diſſipatas: et
 proinde Aleuinum ad hanc Nitriam non ſpe-
 ctare, diſcimus inſuper, quid quid in his li-
 teris de Morauia dicitur, id omne de Pan-
 noniis, ſeu de vetere magna Morauia intel-
 ligendum eſſe. Cum enim epiſcopi Bauari
 limitum diaeceſeos ſuae optime guari ſparſa
 a Morauis incendia, populum in ſeruitutem
 redactum, eccleſias in cineres verſas com-
 memoraffent, ſubdunt haec omnia tam cru-
 deliter effectui data, vt in tota Pannonia,
 maxima Bauariae prouincia, ne vna quidem
 ſit ſuper eccleſia. Tota igitur epiſtola, vt
 ſolum de Pannonia, ita non niſi de illa
 Mo-

ra haec habet „ Iſum quoque Presbyterum nomi-
 „ ne Vichinum, quem nobis direxiſti, electum epi-
 „ ſcopum conſecrauiſſimus Sanctae Eccleſiae Nitrien-
 „ ſis, quem ſuo Archiepiſcopo (Methodio) in
 „ omnibus obedientem — eſſe volumus. „

Moravia, quae Pannonias occupabat, loquitur.

Contrahamus iam in pugnum omnia, et quod res est, breuiter videamus: Tres episcopi in literis Bauariae praesulum commemorati venerunt in eam terram, in qua Patauienses episcopi, quoties eis videbatur, synodos indixerunt, et habuerunt: haec planissima sunt epistolae verba. At vero Patauienses praesules in solis Pannoniis et Maesiis, nunquam in tractu Nitriensium, aut continente Vago et Moraua fluminibus clausa synodos celebrarunt: hoc luculentis paulo supra proditum est argumentis: venerunt igitur tres commemorati episcopi, in Pannonias, porro venere iidem episcopi, vt verba sonant epistolae, in terram Morauorum. Quid? dubium adhuc esse potest Morauiam in Pannoniarum, et Maesiarum finibus stetisse?

XXIII. Haec cum ita sint, tamen hoc documentum vetustate robustum, et hanc clarissimis monumentis testatam, consignatamque antiquitatem, decretoria sententia, et phaleratis verbis euertere nitebatur Salagijs.

„ Quod, inquit is, (a) episcopi Bauariae
 „ aiunt, anno 899. in sua ad Ioannem IX.
 „ Papam epistola, quibus consonat Hatto
 „ Moguntinus cum suis suffraganeis, nun-
 „ quam metropolitanam sedem apud Mora-
 „ uos fuisse, sed Morauiam semper prouin-
 „ ciae et diaecesi Boioariae episcoporum,
 „ nempe Salisburgensis, et Petauiensis co-
 „ haesisse, apertum mendacium dicere au-
 „ sim, quandoquidem Theotmarus Salisbur-
 „ gensis, qui haec cum suis suffraganeis scri-
 „ bit, et ipse negotium Methodio facef-
 „ siuerit, quem sciret ab apostolica fede
 „ archiepiscopum Morauis directum. Quid
 „ dicam de Wichingo, quem aiunt a Ioan-
 „ ne VIII. Zwentibaldo duce impetrante
 „ episcopum quidem ordinatum, sed, non
 „ in antiquam Patauiensem diaecesim, ve-
 „ rum in quandam neophytam gentem,
 „ quam ipse dux bello domuerit, et ad
 „ Christum conuerterit, transmissum? et hoc
 „ item apertum mendacium est; quandoqui-
 „ dem probe nosset Theotmarus cum suis
 „ suffra-

(a) De statu Ecclesiae Pannonicae L. 4. pag. 449.

„ suffraganeis Wichingum Nitriensis eccle-
 „ siae consecratum a Romano Pontifice epi-
 „ scopum, ac non in quandam neophitam
 „ gentem a Suatoplugo conuersam, sed Ni-
 „ triam transmissum, ibique munere episco-
 „ pali functum, Nitriae inquam, vbi circa
 „ annum 820. Vrolfus Lauriacensis cathe-
 „ dram episcopalem posuerat, eique Aleui-
 „ num episcopum praefecerat; Nitriae, vbi
 „ Adalramus, Theotmari antecessor, circa
 „ annum 828. teste anonymo nostro eccle-
 „ siam dedicauerat; Nitriae, quam extinctis
 „ episcopatibus ab Vrolfo institutis cum ter-
 „ ra Morauia vsque ad an. 863. quo Cyril-
 „ lus et Methodius huc appulsi sunt, Pa-
 „ tauenses episcopi iure diaecesano rege-
 „ bant. „ Ita ille: sed pace viri doctissimi
 dicam, non satis haec cohaerent. Si enim
 epistola Bauariae episcoporum veritati con-
 sonat, cum sua sensa antiquis monumentis
 firmatum it Salagius, vt saepicula ad eam
 recurrit, (a) certe iis quoque locis conso-

D 4

na-

(a) Acceptat hanc epistolam, et testimonio eius firmat sua Salagius de statu Ecclesiae Pannonicae L. 3. p. 156. et. 259. Item L. 4. p. 457. et. p. 462. et alibi.

nabit veritati, in quibus sententiae Salagii ad vetusta et coaeva monumenta non vsquequaque propensae contradicit. Fixum nempe stat salagio Morauiam antiquam carpati iugis, Danubioque, Grano, et Moraua fluminibus constringere. Iaceat autem, necesse est, haec sententia, si vera ferunt Bauariae episcopi: quid igitur? vt se laqueis his expediat, mendacii arguit testes coaeuos, et oculatos. Quod quam temere, quis non intelligit? Nam Morauiam illam veterem, meridionali Danubii ripae appositam, semper Boioariae episcopis subiectam fuisse adeo mendacium non est, vt res haec omnes in se habeat numeros veritatis. Quod si Theotmarus Salisburgensis faceffuit Methodio negotium, quid tum? Sacris Pannoniensium moderandis datus est a Roma Pontifex Methodius, vt vidimus: haec per ea tempora in Pannoniis moderabatur metropolita Theotmarus, quid mirum igitur, si litem obmouit Methodio?

Iam illud, quod de Wichingo subdant in sua epistola Bauariae episcopi, eum nempe non in Patauiensem diaecesim, sed ad neophytam Nitriensium gentem episcopum
tras-

transmissum esse, a vero nec minimum abhorret. Etenim sic vita hominum est, nemo ut ad malum accedat sine spe alicuius commodi et emolumenti, at episcopi Bauariae excludunt a diaecesi Patauiensi Nitriam, se se proinde abdicant hoc terrarum tractu, et suam iurisdictionem, cuius amplificandae studio quivis mortalium ardet, ultro coarctant, et constringunt. Quae spes, quae res, quae eos ad hoc mendacium impulere emolumenta? an in suam perniciem iurisdictione in plagas Nitrienses se se exuisse per mendacium censendi sunt? an id Pontificem fugere potuisset? qui eapropter precibus eorum manifesti mendacii compertis locum nullum reliquisset?

XXIV. At, inquit Salagius, Nitriae Vrolfus circiter an. 820. cathedram episcopalem posuerat: Nitriae Adalramus ecclesiam consecrauerat: quomodo igitur temporibus Wichingi episcopi gens Nitriensium neophita? optime, inquam. Testibus tam illustribus, coaeuis, locorum suae iurisdictionis non ignaris fides nullo pacto abrogari potest. Itaque Nitria Vrolfi, et Aleuini episcopi sedes, et templo ab Adalramo archi-

episcopo confecrato illustris, probe est discriminauda ab Nitria Hungariae hodierna: proinde sciendum duplicem olim fuisse Nitriam: vnam quidem in finibus Pannoniarum, vel Maesiarum, Niteruo alias, vel Nitrauiam appellatam: alteram in prouincia cognomine ad fluuium Nitram sitam. Primam illam existisse in Maesiis facile, et ex proclini euitum dabo. Biographus S. Maximiliani, quum viginti duas ciuitates episcoporum Lauriacensis suffraganeorum recenset, has inter caeteras enumerat „ per Maesias autem Tirna, id est Tirna, Nitraba, Seclauia, id est, Iгла „ (a) Nitraba, Nitrauia, Nitra, Niteruo eiusdem sunt, vt apparet, ciuitatis nomina, nec nisi diuersimode a diuersis scriptoribus enunciata, et consignata. Fuit itaque Nitria ciuitas Maesiae. Quod vero eandem ciuitatem in finibus Pannoniarum seu Maesiarum stetisse dixerim, nemini mirari subeat. Ipsa Pannonia pars erat Maesiae: testis huius rei est locuples Dandulus apud Lucium (b)

fed

(a) Apud Pez Script. rer. Austri. T. 1. col.

34.

(b) L. 2. C. 3. Est autem Dalmatia prima Prouinciarum Graeciae, quae habet ab oriente Ma-

sed hoc velut ob iter: rursus ad Nitriam redeo. Ipse contextus orationis ex biographo allatae ostendit Nitrabam, et Tirnam eiusdem fuisse regionis ciuitates: Tirna porro, seu Tirana in vetere stabat Maesia. Hodiedum in Bulgaria (Hoc nomen Maesia a Bulgaris tulit victoribus) hodie inquam in Bulgaria in Praefectura Sardinensi vrbs visitur Ternoua, quae a Tirana seu Tirna haud alia fuisse videtur. Nec enim Tirna potest respondere Hungaricae Tirnauiiae, quae nec vrbs vnquam fuit Maesiae, nec ea tempestate extabat. (a) Reliquum itaque est, vt et Nitria numerum ciuitatum Maesiae auxerit.

Adde, quod synodo Constantinopoli a Photio patriarcha an. 879. celebratae interfuisse, et inter metropolitans locum tenuisse scribatur *Agathon Moraorum* metropolita.

Hic

Macedoniam, ab occasu Histriam, a meridie mare Adriaticum, et insulas Liburnicas, et a septentrione Pannoniam, quae est pars Mysiae.

(a) Ortum et progressum Tirnauiiae vide in Topographia Hung.

Hic Agathon ex mente Cl. Affemani (a) post octauam synodum ab S. Ignatio Bulgaris consecratus est archiepiscopus. Certe annales Fuldenses (b) hunc ipsum innuere videntur, cum memorant a Basilio imperatore Graecorum ad Ludouicum regem missum Agathonem archiepiscopum. Tenemus ex his fuisse aliquam Morauorum metropolim Graecis sacris addictam, iuxta et Bulgariae vicinam. Ad haec Graecorum prodiderunt monumenta Goras dum quemdam, aliis etiam Georgium dictum, episcopum Nitriae Graecum. (c) Goras dus hic depulsus Nitria promotus est a Photio ad archiepiscopatum Bulgariae, successitque in ea sede Clementi. Quaero iam, Goras dus hic cuius Nitriae sacra ex ritu Graeco moderabatur? Hungaricae ne ad fluuium

(a) T. III. P. I. c. 3. p. 138. 141.

(b) Mense Novembri Agathon Archiepiscopus Batilii Graecorum imperatoris legatus ad renouandam pristinam amicitiam cum epistola et muneribus ad Hlodouicum Regem Radasbonam venit. Quem rex honorifice suscepit, et absoluit. ad an. 873.

(c) Apud Allatium exercit. 15. in Chreughtonum. Vide Cl. Dobner ad annal. Hagecii T. III. p. 193. etc. Cl. Affemanum T. III. P. I. c. 3. p. 153.

uium cognominem sitae? At hic a Methodio ritum Latinum inductum, et a Vichino conseruatum, stabilitumque fuisse certius est, quam vt firmari debeat. Quid praeterea aeuo Photii episcopus Graecus in Nitriam Hungariae habere iuris potuit? Quisue nexus hanc inter Nitriam, et Bulgariam intercessit? Aliam itaque fuisse oportuit Nitriam, seu mauius Nitrauiam Bulgaris vicinam, Graecis sacris aliquandiu addictam; at, post depulsum Gorasdam, rursus Latinos ritus amplexam, Morauiae veteri ad Sauum flumen protensae in-nexam.

XXV. Adiuuat' mirifice hanc de Nitria sententiam anonymus conuersionis Carantanorum scriptor. (a) Narrat is, quomodo Arno Iuuaiensium praesul in Pannonia inferiore, apud Carantanos, et ceteros vicinos Slauos suam spiritualem iurisdictionem amplificauerit. (b) Eius deinde successores enumerat: subinde (c) in haec verba concludit:
 „ A tempore igitur, quo dato et praecepto
 „ Do-

(a) Exstat apud Salagium L. 4. in appen.

(b) Numero XIII. XV. XVI.

(c) numero. XXIII.

„ Domini Karoli Imperatoris, orientalis Pan-
 „ noniae populus a Iuuauenfibus regi cœpit
 „ Praefulibus, vsque in praefens tempus
 „ sunt anni LXXXV. (vel, vt alter codex
 „ caesareus, et edit. Freher. habet LXXV.)
 „ quod nullus episcopus alicubi veniens po-
 „ testatem habuit ecclesiasticam in illo confi-
 „ nio, nisi Salzburgenses Rectores „ Ex
 quibus luculente id confit temporis iurisdictionem praefulum Salisburgensium Pannoniam inferiorem, Carantaniam, vicinosque Slauos ita complexam fuisse, vt Danubium nequaquam excederet. Aquam equidem citius ex pumice, quam ex anonymo isto, teste coaeuo, oculato, in partes episcopi Salisburgensis alioquin inclinato quis eliciat horum praefulum potestatem vltra Danubium protensam fuisse.

Iam idem Anonymus refert Adalramum praefulem Iuuauensem, qui proinde haud ampliore, atque Arnon, gaudebat iurisdictione, in ditone Priuinae vltra Danubium loco vocato Nitraua consecrasset ecclesiam. Adalramum cancellos suae potestatis egressum, et celebrem hanc ceremoniam extra suam diaecesim peregisse nulla ratio suadet, nullum

monumentum probat: fuit igitur Nitria in eius diaecesi, quae quoniam, vt dixi, Danubium non excedebat, reliquum est, vt statuamus in finibus Pannoniarum, aut Maesiarum stetisse Nitriam.

Nec efficiunt quidquam huic sententiae ea anonymi verba; „ Priuinae quondam „ Adalramus Archiepiscopus vltra Danubium „ in sua proprietate loco vocato Nitraua „ consecrauit ecclesiam „ (a) quasi respectu anonymi Salisburgi scribentis Nitraua vltra, seu trans Danubium sita fuisset. Nam huic scriptori ea verba „ *vltra Danubium* „ idem, quod *supra Danubium* sonant. Quippe paulo ante dixit: „ Priuina exulatus a Moimaro „ duce Morauorum supra Danubium venit „ ad Ratbodum „ fixit is igitur ditionem Priuanae, ex qua in exilium actus est, et in qua Adalramus consecrauit ecclesiam, supra Danubium. Iam vero id vocabulum „ *supra* „ non est eidem scriptori idem, quod trans. Opponit enim illud voci „ *inferior* „ cum e sua ditione supra Danubium sita exulem Priuinam ad inferiorem Pannoniam ad-

du-

(a) numero XVIII.

ducat. Non potuit nempe anonymus ignorare id, quod Porphirogenita testatur, Morauiam magnam prope rudera pontis Traiani inchoasse, et versus Belgradum extensam fuisse: Haec loca, Maesiae quondam, et Orienti soli magis, quam inferior Pannonia, propinguantia anonymo scriptori supra ad Danubium iacuisse videbantur; cum itaque Priuinam e Morauia eiectum dicat, vtique adfirmat eundem ex illis terrarum tractibus, qui inter rudera pontis Traiani, et Belgradum protenduntur, eiectum. Secus equidem nulla ratione ratio itineris Priuiniae constare poterit: dicit enim anonymus Priuinam Morauia eiectum fluium Sauum transisse, et in Pannoniam inferiorem venisse, vbi a Ludouico Rege nouis ditionibus fit exauctus. (a) Quam itineris rationem, quis, non dico, conciliet, sed cogitando assequatur, nisi veteris Morauiae situm iis quae commemorauit, locis adfigat? Itaque planissimum est, a finibus Maesiarum, qua Pannonias contingebant, nullo modo excludi posse Nitriam. Illam scilicet, quae longis superstitioni-

(a) Numero. 17. et. 18.

tionibus oppressa, ab Vrolfo doctrinae Christianae rudimentis imbuta, ab Aleuino episcopo demum regebatur, et ab Gorasdo Graeco aliquandiu occupata fuit.

XXVI. Sed ipse Aleuinus rei huius firmiter quoddam suppeditat. Hic testibus Eugenii papae literis Nitrauiiae episcopus cum fuerit, et Vaganis oris praesul non praesuerit, discriminat ipse Nitrauiam ab hodierna Vngariae Nitria, quam ab sacra eius prouincia fuisse seclusam multa docent. Nam primo omnes quatuor episcopatus: Fauianensem scilicet, Vetuariensem, Speculiulienensem, denique Nitrauiensem illae complectebantur terrae, quas Tudunus et Moimarus ducum nomine moderabantur. Hoc totus literarum contextus firmat. Iam vt Tudunum silentio transmittam, quem in Pannoniis reliquiarum Auaricarum gubernacula tenuisse palam est: Moimarum quoque in Cisdanubianis oris ditiones suas habuisse infra, postea quam Eugenii literas recitauerimus, manifeste daturi sumus. Ingratiis itaque Aleuinus ad Nitriam Hungariae a vetere Pannonia vastis procul terris remotam trahitur.

tur. Adde, quod Pagius (a) erudite, vt alia omnia „ *Ciuitates horum episcopatum* „ *iam a multis seculis excisas, et earum situm* „ *vix hodie cognitum* „ doceat: at Nitria Hungariae ruinis temporum superior vetustissimum situm suum hodiedum ostentat, eoque manifeste testatur nulli Aleuino episcopo ante Methodium sedem se praeuisse. Adde etiam: quod quis quis Aleuinum Nitriam Vaganis oris aditam ante Methodium inducit, is conculcet, oportet, vetustissima documenta et traditionem; SS. Cyrillum et Methodium primos fuisse Morauiae episcopos. Hoc quis in animum inducet, vt audeat? remouenda igitur a cognomine fluuio Nitria Aleuini, et reiicienda siue in Pannoniam siue in Maesiam: standumque verbis episcoporum Bauariae in literis ad Ioannem papam exaratis statuentium non nisi tum primum, et antecessoris sui temporibus episcopum Nitriam Hungariae a Suentibaldo indutum. His ita dilucidatis nihil profecto restat aliud, nisi vt nos quoque libere statuamus Salagium non a decore solum, quod ipse

(a) in Critica Baronii ad annum 824.

ipse in admonitione libro quinto adposita confitetur, sed a vero etiam longissime recessisse, quum episcopos Bauariae mendacii in eorum ad papam epistola admissi arguit, ac omnes proinde vires necquidquam effudisse, quum adnissus esset a finibus Pannoniarum et Maesiarum Morauiam exterminare.

XXVII. Nunc ad alia pontificum rescripta conuertar. Pauca ex iis, et non nisi ea, quae ad situm veteris Morauiae determinandum faciunt, relictis aliis controuersis deprimam: visum est autem prius ipsa eorum verba dare, quo facilius quibus non plane in historiis hospes verum constituere, et detortos misere a quibusdam scriptoribus sensus videre possit. Primum itaque sit rescriptum Eugenii II. papae, quod rescissis iis, quae fini nostro non conducunt, ita habet, „ Eugenius

„ episcopus seruus seruorum Dei Rathfredo
„ Sancte Fauianensis ecclesiae, et Methodio
„ ecclesiae Speculi Iulienensis, quae et Soriguturen-
„ gurenensis nuncupatur, atque Aleuino
„ Sancte Nitriensis ecclesiae, parique modo
„ Arnoni Sancte Vetuarenensis ecclesiae episcopis: simul etiam Tuttundo, nec non
„ Moymaro, Ducibus, et optimatibus, exer-

„ citibusque plebis Huniae, quae et Auaria
 „ dicitur, et Morauiae. Cum audiimus
 „ Christianissimam conuersationem vestram,
 „ et Sancte fidei, bonorumque operum ve-
 „ strorum processum, summo gaudio atque
 „ laetitia fuimus exhilarati. — — — —
 „ Cuius optabilis rumoris index fuit Reue-
 „ rendissimus Yrolfus, Sanctae Lauriacensis
 „ ecclesiae archiepiscopus, et Sanctissimus
 „ Frater noster, vester autem spiritualis pa-
 „ ter, qui per suam sanctam praedicationem
 „ adoptiuos Deo vos genuit filios. Itaque
 „ ad apostolorum limina orationis causa ve-
 „ niens, nouam ecclesiam nostris apostolicis
 „ benedictionibus informandam subnixè com-
 „ mendauit, quia, Domino auxiliante, ca-
 „ tholice gubernandam in vestris partibus su-
 „ scepit. In quibus etiam quondam Roma-
 „ norum quoque Gepidarumque aetate, vt
 „ lectione certum est, in septem episcopo-
 „ rum Parochias antecessores sui iure me-
 „ tropolitano obtinuerunt diaecesim. Qua
 „ ex iusticia et lege praefatus Deo dignissimus
 „ archiepiscopus debito obligatur, vt illi ter-
 „ rae prius Catholicae, atque suorum antiqui-
 „ tus antecessorum creditae prouidentiae,
 „ quam nunc vos Dei omnipotentis occulto

„ mediante iudicio velut haereditariam posside-
 „ tis, ipse euangelicus agricola diu negata cœ-
 „ lestis spargat semina vitae, atque in lucran-
 „ dis Christo animabus rediuuiam de vobis nu-
 „ triat segetem. Quem nos doctissimum diuini
 „ oraculi ministrum salutis vestrae cognoscen-
 „ tes per omnia necessarium fide et exemplo
 „ probatum — — ab hac Sancta Romana ma-
 „ tre ecclesia vobiscum rectorem transmisimus,
 „ atque in praefatis regionibus Hunniae, quae
 „ et Auaria appellatur, sed et Moraviae, pro-
 „ uinciarum quoque Pannoniae, siue Maesiae
 „ apostolicam vicem nostram, et diaecesim
 „ atque ius ecclesiasticum exercendi, et vsum
 „ ac potestatem antecessorum suorum, vide-
 „ licet S. Laureacensis ecclesiae archiepisco-
 „ porum, sibi successoribusque suis canonica
 „ autoritate committimus, atque huius con-
 „ stitutionis nostrae decretum subscriptionis
 „ priuilegio roboramus.

Alterum rescriptum est Benedicti papae
 VII. quo Piligrino iura, et honorem metro-
 politae confert. Cum passim apud histori-
 cos patrios occurrat, ex eo non nisi haec
 noto: „ Vnde ergo auctoritate et potestate B.
 Petri principis apostolorum, atque exemplo

beatorum Pontificum, scilicet praedeceffo-
 rum noſtrorum, eandem Sanctam Laureacen-
 ſem eccleſiam, eiusque rectores iam archi-
 epiſcopos a modo, perpetim ab omni Salzbur-
 genſis eccleſiae, eiusque praefulum ſubie-
 ctione ac ditione abſoluimus, et honore me-
 tropolitano ſublimamus, et ſicut modernis
 temporibus Sancte memoriae Agapitus papa
 terminos earundem parochiarum ab inuicem
 diſtinxit, ſic et ipſi diſſinimus, ita quoque,
 vt Sancta Salzburgenſis eccleſia ſuperioris
 Pannoniae epiſcopos habeat ſuffraganeos,
 quibus vsque huc ſui pontifices praeeſſe vi-
 debantur, cum tanta talique diaeceſi, quali
 hactenus in inferiori uſi ſunt Pannonia: San-
 cta autem Laureacenſis eccleſia in inferioris
 Pannoniae atque Maeſiae regiones, quarum
 prouinciae ſunt Auaria atque Morauia, in
 quibus ſeptem epiſcoporum parochiae anti-
 quis temporibus continebantur, ſuique an-
 tiſtites archiepiſcopalem deinceps habeant
 poteſtatem cum tanta talique diaeceſi, quali
 hactenus in ſuperiori uſi ſunt Pannonia. —
 — — His igitur ſedatis venerabilem conſra-
 trem noſtrum Pilgrinum archiepiſcopum, ca-
 nonicis literis munitum, ſedi Sanctae Lau-
 reacenſis eccleſiae inthroniſauimus, pallium-
 que

que ei secundum antiquum eiusdem ecclesiae
suae usum direximus, atque in prouinciis
Auariae et Morauiae, regionum quoque in-
ferioris Pannoniae, siue Maesiae, et in con-
tiguis sibi Schlauorum nationibus circumqua-
que manentium nostram apostolicam autori-
tatem et vicem exercere committimus, at-
que delegamus. „

Adiungo his tertium documentum ex li-
teris Piligrini desumptum: „ Inde quoque ,
„ ait is in literis ad papam datis, visum est
„ iam necessarium esse, quatenus Sanctitas
„ vestra illic iubeat aliquos ordinari episco-
„ pos, quia et quondam Romanorum Gepida-
„ rumque tempore proprios septem antisti-
„ tes eadem Orientalis Pannonia habuit et
„ Maesia meae sanctae Lauriacensi — eccle-
„ siae subiectos, quorum etiam quatuor,
„ vsque dum Vngari regnum Bauariorum
„ inuaserunt, sicut praesenti cognitum est
„ aetati, in Morauia manserunt.

XXVIII. Quis quis haec documenta tam
ipsa vetustate, quam omnium patriae scripto-
rum acceptatione corroborata penitus inspe-
xerit, nisi quasi sepimento quodam praeiu-

diciis vallauit veri et falsi iudicandi facultatem, non potest extra Maesiam et Pannoniam Morauiae limites pangere. Nam vt omittam clarissima documentorum horum verba, quibus Auaria et Morauia Pannoniae, atque Maesiae regionum prouinciae dicuntur: (a) ipsi characteres, quos Morauiae attribuent, istud luculente produnt. Nam in primo rescripto nominatur Moimarus Dux Morauiae. Rescriptum istud emanauit inter annum Christi 824. 827. (b) Ea tempestate terra Marcomanis quondam et Quadis culta Bohemiae nomine veniebat, serius nomen Morauiae, sub Suentibaldo scilicet, nata, id quod infra declarabitur. Morauia igitur, quae Moimarum ducem venerabatur, extra hos terrarum tractus quaerenda venit: quod

(a) Etenim secundo rescripto sic habetur:
 „ Sancta Laureacensis ecclesia in inferioris Pannoniae atque Maesiae regiones, quarum prouinciae sunt Auaria atque Morauia etc. primo autem sic: in praefatis regionibus Hunniae et Morauiae Prouinciarum quoque Pannoniae siue Maesiae „ quae verba paulo obscuriora per secundum rescriptum clarioris sensus sic sunt exponenda, vt hunc faciant sensum: in regionibus Hunniae et Morauiae, quae etiam sunt prouinciae regionum Pannoniae siue Maesiae „ quo quid clarius?

(b) Salag. L. 4. pag. 182.

quod si etiam hic loci statuatur, certe Moimarus ei non praefuit. Nam qui id temporis ditione sua Morauos continebat, ei ex mente Pessinae (a) Mogemiro fuit nomen. Hic, si non confictus, a Moimaro certe est diuersus. Liber enim tertius Dubrauii, quem in rem suam citat, ne mentionem quidem Mogemiri facit. Deinde vocat eum regem, qui gubernacula regni a bello Vngarico auspiciatus primus omnium Morauiae regum cum Germaniae rectore Ludouico amicitiam iniuerit. Denique post confectum Hungaricum bellum suscepisse Polonicum: et plura alia non temporibus, non personis, non rebus conuenientia narrat, vt adeo Mogemirum confictum, certe a Moimaro diuersum omnia suadeant fuisse, et persuadeant. Itaque Moimarus hic, de quo Eugenius Papa, quique ea tempestate habenas Morauiae moderabatur, illius fuit dux Morauiae, ex qua Priuinam eiectum supra docuimus. Quae sententia rescriptis his mirifice firmatur, quibus Morauia fuisse afferitur prouincia regionum Pannoniae et Maesiae. Quid? quod indubium sit Moimarum earum fuisse partium Dominum, qui-

E 5

bus

(a) Mars Morau. L. 1. c. 3.

bus subinde praefuit Rastices Moimari nepos. Quippe, sublato e viuentium numero Moimaro, Morauis ad seditionem versi Francicum imperium omni ope excutere nitebantur. Ludouicus rex cum valida exercitus manu tempori adfuit, rem totam composuit, ducem Morauis Rasticem imposuit. (a) Rasticem hunc in Morauia Illyrici Pannoniis adfita rerum potitum fuisse inuicto argumento ostendi supra. Ibi proinde Moimarum ducis honore fulfisse, et Morauiae praefuisse confessum est.

XXIX. Accedit, quod his rescriptis compertum fiat Morauiam in illis partibus defigendam esse, in quibus Romanorum, et Gepidarum tempore septem fuere episcopia Laureacensi ecclesiae subiecta. Prima enim epistola duci Morauiae reddita haec habet :
Vrolfus itaque ad apostolorum limina veniens nouam ecclesiam — informandam — — et catho-

(a) Annal. Fuldenses ad an. 846. circa medium mensum Augusti cum exercitu ad Sclauos Margentes defectionem molientes profectus est Ludouicus, vbi ordinatis et iuxta libitum suum compositis rebus ducem eis constituit Rasticem nepotem Moimari.

tholicae gubernandam in vestris partibus suscepit, in quibus etiam quondam Romanorum quoque Gepidarumque aetate, ut lectione certum est, in septem episcoporum parochias antecessores sui iure metropolitano obtinuerunt diaecesim. Secundae vero epistolae verba sunt: „ Sancta Lau-
 „ riacensis ecclesia in inferioris Pannoniae, at-
 „ que Maesiae regiones, quarum prouinciae
 „ sunt Auaria atque Maesia, in quibus septem
 „ episcoporum parochiae antiquis temporibus
 „ continebantur „ vt adeo luculentum fit in-
 tra ambitum septem illorum episcopatum
 Morauiam collocandam esse. Sane ad haec septem episcopia prouocat suis in literis Pili-
 grinus et Benedictus VII. His, tanquam can-
 cellis circumdat, et instruit diaecesim suam
 Vroslus: Haec, cum Laureacensem sedem
 praerogatiua metropolitani honoris exornat,
 respicit Eugenius II. omnes in eam senten-
 tiam adducti grauissimis, vt asserunt, vete-
 rum monumentis.

Age, videamus iam, quatenus septem
 haec episcopia pertinuerint. Hoc constituto
 omnis res erit in vado. Haec vero in sola
 Pannonia et Maesia constituta fuisse produnt
 eorum episcoporum verba, quorum id scire

imprimis intererat. Dicunt enim: *Sancta Lauriacensis ecclesia in inferioris Pannoniae atque Maesiae regiones — in quibus septem episcoporum parochiae antiquis temporibus continebantur, archiepiscopalem deinceps habeat potestatem. Et epistola tertia: Romanorum Gepidarumque tempore proprios septem antistites eadem orientalis Pannonia habuit et Maesia Sanctae Lauriacensi ecclesiae subiectos. In eandem abit sententiam Salagius ipse, dum ita docet (a) Vi ut sit, Quadorum terra Lauriacensium procuratori crediti primitus non erat, quoniam septem illi antistites, quibus olim Romanorum Gepidarumque tempore praesidebant, in Pannonia et Maesia sedes suas habuisse a Pontificibus Eugenio, et Benedicto, atque a Piligrino dicuntur.*

XXX. Nec circumstantiae in epistolis allatis appositae istud non dant manifeste. Nam cum Romanorum, Gepidarumque dominationis tempus commemorant, et huc tanquam ad notam certissimam respiciunt, illis dubio procul regionibus hos episcopatus coarctant, in quibus Romani, Gepidaeque dominabantur. At ubi gentium Romanorum, Gepidarum-

(a) L. 4. c. 2. pag. 234.

rumque potestas ex hac parte protendebatur? In solis, inquam, Pannoniis, et Maesiis. Nam licet Romani sub Traiano Danubium transgressi Daciae vires suas infuderint: hic tamen eorum dominatus diuturnitate temporis ne utiquam conualuit. Deserta Dacia, vt notum est, in Maesias rursus se se contulerunt. Licet etiam Marcomannos et Quados, iuxta et Sarmatas Iaziges iteratis cladibus affecerint, in eorum tamen solo nusquam ita firmum fixerunt pedem, vt terrarum illarum domini dicerentur. Certe Romanos in Moravia hodierna, vicinisque terrarum tractibus rerum potitos fuisse nulla hucusque prodiderunt monumenta, nulla in apricum secutura proferet aetas. Danubium et Pannoniae et imperii Romani ex hac parte fuisse limitem exploratum est.

De Gepidis perinde apertum est, qui primum cum consanguineis Gothis coniunctim habitabant: ab his disiuncti Sirmium et Pannoniam inferiorem occuparunt, (a) donec

(a) Procopius de B. V. L. I. c. 2. pag. 178. Plurimae quidem superioribus fuere temporibus, hodie-

nec a Longobardis de dominio deieci, et disperfi fuere. Sed id vtcunque fit, id certum est Gepidas Quadorum terris nunquam imperitasse: ita fit, vt cum septem episcopia terris Romanorum Gepidarumque imperio subiectis coarctarentur, coarctari debeant sola Pannonia et Maesia, nec vilo modo extendi possint ad eam Morauiam, quae olim per Quadorum

hodieque sunt nationes Gothicae. — Exin Gepedes Singidonem ac Sirmium cum vicino tractu occuparunt. Et de bello Gothico L. 3. c. 34. Sirmium Gepaedes tenent. Et hist. arc. c. 18. cum Romanorum copiae erant in Italia, Sirmium, vicinamque regionem Gepaedes habebant. Paulus autem Diaconus de gestis Longobar. L. 1. c. 27. Longobardi victores effecti sunt tanta in Gepidos ira saeuientes, vt eos ad internecionem vsque delerent, atque ex copiosa multitudine vix nuncius superesset. In eo praelio Alboin Cunimundum occidit, caputque illius sublatum ad bibendum ex eo poculum fecit. — Tunc Longobardi tantam adepti sunt praedam, vt iam ad amplissimas peruenirent diuitias; Gepidorum vero genus ita diminutum est, vt ex illo iam tempore vltra non habuerint regem, sed vniuersi, qui superesse bello poterant, aut Longobardis subiecti sunt, aut vsque hodie Hunnis eorum patriam possidentibus duro imperio subiecti sunt. „ Quidam tamen effugisse, valles carpaticas infedisse, earum viciniam populis informasse, denique Scepusio nomen et originem dedisse videntur. V. Cl. Caro. Vagner. Anal. Scepus. P. II. §. I. et Chron. Carionis L. 3. pag. 242. edit. Vitemb. 1567.

dorum terras protendebatur. Iam cum e septem episcopatibus quatuor everso Boioariorum per Vngaros regno in Morauia manserint (a) et hi episcopatus, vt vidimus, nusquam extra Pannonias et Mœsias se se diffuderint, manifeste conficitur ex allatis trium epistolarum monumentis, et cogitur Morauiam veterem intra ambitum Pannoniarum et Maesiae (b) constrictam fuisse. Atque haec sunt,

(a) Vide allatum supra documentum III. Ex his etiam disce Nitriam, cui vnus e septem episcopatibus adfixus erat, in Maesia vel Pannonia quaerendam esse, quod supra docui.

(b) Agnoscunt vim roburque huius argumenti plerique omnes hodierni scriptores: quare vt illud elidant, Maesiam in diuersas partes trahunt. Cl. Katona Morauiam quidem et ad Sirmium et in Maesia figit; sed Maesiam Hansitzii, Anonymi notarii, et Turocii autoritate suffultus Granum intra et Morauam fluuios transfert. Hist. Duc. pag. 546. Viri Clarissimi opinionationes conuulfit Salagijs L. 4. pag. 223. etc. Recte equidem. Quis enim Geographorum vnquam ibi Maesiam collocauit? an vel Anonymus, vel Turocius et temporibus remoti, et tot falsidicarum falsimoniarum comperti scriptores potiores fide praesulibus Bauaris coaeuis, sacrorum per Maesiam et Pannoniam praesidibus, prouinciarum suarum nomina situsque et callentibus et videntibus? plus dicam: an Romani vel Gepidae illas vnquam plagas possederunt? ostendi irrefragabilibus testimoniis Gepidarum terras. Indubium autem

sunt, quae deposito praeiudiciorum glaucomate inspecta penitius exporrectam fuisse
Mo-

tem est hic intelligi Maesias et Pannoniam, quibus Romani et Gepidae praeerant; nullo igitur modo Maesia per tot flumina, et montes, et silvas ad Vagum fluvium translocari potest.

Sed non minus grandem errorem erravit Salagius. Transtulit is inaudito molimine, et labore sanequam arduo Maesiam in terram Iazigum Metanastarum. Ad rem tam operosam conficiendam, cum testimoniis, quibus maxime omnium opus erat, caret, miranda in subsidium aduocavit ratiocinia.

„ Eugenius II. et Piligrinus, inquit L. 4. n. 26.
 „ Romanorum Gepidarumque tempore in Pannonia et Maesia septem fuisse antistites Lauriacensi metropolitano subiectos aiunt: si hanc orationem recte distribuas, dicere oportet. Romanorum tempore in Pannonia, et Gepidarum tempore in Maesia hos existisse antistites. — Ac proinde antistites Lauriacenses subiectam habuisse dicendi sunt tempore Romanorum Pannoniam, et tempore Gepidarum Maesiam. „ Haec est via, quam praefruit ad rem suam conficiendam Salagius. Sed enim iam in limine offendit. Qui orationem Eugenii et Piligrini sic diriberet, nec scopum Piligrini assequeretur, quem tamen ante oculos habeat, necesse est, quis quis rectam eius orationis distribuendae viam inire cupit, et rem assereret perquam a vero abhorrentem. Enimuero Piligrinus petit augmentum honoris, et usum pallii in Pannonia et Maesia. Ut pontificem sua in vota flectat, ius ad rem longo, et ab ortu episcopatus Lauriacensis continuato vsu firmatum et corroboratum adstruit. Dicit itaque Piligrinus episcopos Lauriacenses suos decessores mox sub tempora apostolorum

Morauiam per Maesiae, et Pannoniae plagas
euincunt peritus. Cum enim omnes Bau-
riae

rum in Pannoniis et Maesiis, cum eis Romani praessent, fidem Christianam praedicasse, et ius metropolitanum sibi peperisse: quod ius etiam tempore Gepidarum, qui Romanis in Pannonia et Maesia (quippe Sirmii et in vicinia, vt vidimus) successerunt, integrum inuiolatumque conseruarunt. A Gepidarum quidem excidio propter Longobardorum et Auarum bella ius hoc aliquandiu interruptum, sed se sua opera et laboribus exantlatis quasi postliminio illud renouasse. Hic est scopus Piligrini, haec argumenta precum, quibus apud pontificem locum quaerit, non illa commentitia distributio. Alioquin, quorsum quaeso haec Piligrini oratio pertinuisset: Gepidibus Iazigarum dominantibus Pannoniae et Maesiae sacra moderabantur mei antecessores? Vnde etiam accepit Piligrinus Gepidas Iazigiae fuisse potitos? Commentitia itaque, et a scopo Piligrini aliena est partitio illa, quam Salagius adornauit: proinde etiam a vero remotissimum Maesiam in Iazigia stetisse.

Secundo posteaquam ope distributionis suae Maesiam in terram Iazigum intulisset Salagius, infert eo Gepidas quoque. Arduum hoc opus tali ratiocinatione firmat: „ seculo primo, seculo tertio, et „ quarto Sarmatas regionem illam (a Tibisco „ nempe ad Granum protensam) tenuisse Dio Cas- „ sius. Arrianus. Plinius. Ptolomeus. Ammianus „ Marcellinus luculente testatur. — Atqui Proco- „ pius Gothos, Gepidas, Sarmatas transdanubium „ olim habitantes ad vnā gentem pertinuisse, „ nec nisi nominibus discretos fuisse auctor est. „ Recte ergo Gepidas vocare potuerunt Piligrinus,

F

„ Euge-

riae episcopi, testes et vitae sanctitate, et doctrinae vbertate, et temporis vicinitate longe

„ Eugenius, et Benedictus populos illos, qui antequam Maesiam Lauriacensem (id est Iazigiam) incoluerunt „ L. 4. pag. 229. Quid hoc rei? Gothi, Sarmatae, Gepedes ad vnam pertinuerunt gentem (sit ita vero hic loci, nam id a vero vehementer abludivit) quid tum? Sarmatae Iaziges, infers, in Iazigia habitaverunt, ergo et Gepedae: aut, quod maus, Sarmatae poterant dici Gepidae. Itane vero, non sciuerant illi praesules gentes ab eadem stirpe prognatas, et nominibus, et locis discriminatas. distinguere? non ne sicut legerunt Gothos, Gepidas, Sarmatas ad eandem pertinere gentem: ita eodem loco legerunt has gentes nominibus discretas fuisse? cur igitur nomina et loca habitationis confundunt. Quod si illi recte potuerunt, vt asserit, Salagius Sarmatas et Gepidas confundere: nihil non erit in historiis, quod eodem modo commisceri non possit. Quid quid de Hunnis et Auaribus historiae prodiderunt, id ratiocinio Salagii Hungaris attribuemus: imo hac via Austriam, Sueviam, Saxoniam, totum denique imperium Germanicum in Vngaria illocabimus. Conglomerat quidem et adiungit huic ratiocinationi plura testimonia Salagius, sed omnia extra rhombum. De Dacia quippe ab Gepidis possessa non quaeritur, sed de Iazigia, quam si etiam Gepidas habuisse gratis largiamur Salagio, id tamen, quod intendit, neutiquam conficiet.

Adiungit enim tertio. Gepidis in Iazigiam illatis, terram illam a Gepidis reipsa Gepidiam, sed a Bauaris episcopis esse Maesiam appellatam tum quia hoc Latium nomen eis praeplacuit, tum quia Iornandem legerunt, et sensum eius scriptoris non

ge prae aliis conspicui, fateantur oras Nirienses extra diaecesim Patauiensem iacuisse,

F 2

et

non sunt adsecuti, (L. 4. p. 231. etc.) Miranda res! episcopi Bauari Iornandem legerunt. Vnde constat? eundem scriptorem non intellexerunt. Qui? illine, quibus nomen Latinum ita placuit, vt pro more temporis barbaro Gepidiae nomine abdicato Latinum *Maesiae* nomen adscinerint? omniane haec ex tripode? Quod si episcopi Bauari in tam grandem prouoluti sunt errorem, vt Iazigiae, aut si mauis, Gepidiae vsu latino tritius nomen *Maesiae* adiunxerint, quod lectum Iornandis scriptoris locum non penitus assequerentur: quid de Romanis pontificibus dicemus? Illine etiam Iazigum plagas nomine *Maesiae* complectebantur; si ita: quo tandem male intellecto Iornandis loco in hunc errorem adducti sunt? sin minus: ignorabant igitur et id, quod Bauari petebant, et quibus in oris ius eis metropolitanum indulgeant.

Denique confugit ad extremum Salagius ad Bulgaros, et cum anonomi notarii fide Bulgari circiter ea tempora plagas Vngenses infederint, et iidem multo ante *Maesiam* occuparint, hac de causa plagas quoque Vngenses et Tibiscanas *Maesiam* vocari perinde posse asserit, sicut aliquando omnis terra ab Vngaris Pannoniae dominis occupata Pannonia dicebatur L. 4. pag. 232. Quasiuero factorum narratio et fides, prouinciarumque situs et denominatio similitudine rerum et euentuum, non autoritate scribentium esset colligenda. Similitudines res probatas illustrant, non illustrandas probant. Reliquum itaque est, vt sinamus *Maesiam* eo loco, quo eam tota antiquitas defixit, quo omnia coaeuorum testium monumenta collocarunt, quo

et religionem Christianam primum a Metho-
dio sub duce Suentibaldo illatam in eas fuisse:
cum Laureacensium, Salisburgensium
que Praefulum sacram prouinciam Danu-
bius, qua Pannonias subibat, terminauerit:
cumque nihilominus Morauia vetus eorum
iurisdictionem respexerit: nemo sane omni-
um abnuat Morauiam Cisdanubianis plagis in-
clusam fuisse. Limites regionis quidem termi-
nique, vt pleraque alia, in abdito. Longo
tamen limite in Seruiam fuisse immiffam, et
latera egiffe per Carinthiam, tum longo tra-
ctu finuatam in Pannoniam procurriffa exci-
tata fcriptorum monumenta comprobant.
Sed iam immensum fpatiis aequor confecimus:
iuuat Maefiam Pannoniamque deferere: alio-
quin, quantum incrementorum res Mora-
uicae in Pannonia acceperint Suatoplucio re-
rum potiente tacitum infra haud relinque-
tur.

quo Geographi omnis aetatis ftatuerunt. Quod fi
quibusdam fcriptoribus ad dirimendos, confufos li-
mites ecclefiae Lauriacenfis et Salisburgenfis neces-
fitas impofita effe videbatur ad dimouendam loco
fuo Maefiam, illi fponfe fua his fe vinculis neces-
fitatis induerunt, quippe qui legentes Morauiam
prouinciam effe Maefiae fitum veteris Morauiae
ex hodierna aestimarunt. Iudicis officium eff, vt
res, ita tempora rerum quaerere.

tur. Nunc, quod ordo postulat, ad Daciam me conuertam.

C A P V T II.

Veteris Morauiae situs in Dacia.

I.

Hanc, vt hodie Transilvaniae respondet, ab reliquiis Auarorum inessam, iuxta et possessam fuisse vsque ad aduentum Hungarorum, quibus subinde, genti vtpote cognatae, se sociarunt, multorum est opinatio. Id ipsum Clarissimo Benkö in sua Transilvania videtur videri. Cum enim gentes, quae ab heroicis inde temporibus ad tertium Hungarorum hodiedum Daciae dominantium aduentum quasi de manu in manum Daciae sibi imperium transdebant, enumerasset, in Auaribus sic subsistit (a) vt post longa spatia Hungaros solos, omnium aliarum gentium in Dacia imperio, (industria an ignoratione veri?) presso, illis coniungat. (b)

F 3

Ve-

(a) Parte I. T. I. pag. 36.

(b) l. c. pag. 142.

Verum enimvero praeter, quam verum est. Etenim Auares latissime olim dominantes, de omnium sensim regnorum dominio deturbati, fat arctis in Austria, et Pannonia superiore limitibus ad extremum constringebantur. Hic armis a Carolo M. obmotis occasione pene occisi sunt reliquiis ad Pannoniam inferiorem retrusis; vbi, cum bello ciuili inter se diffiderent, (a) Pipinus Caroli filius, et Benouarus Venedus iunctis copiis in eos arma promouent.

II *Victor Pipinus, verbis vtor Auentini, (b) et Boii omnia ab Arrabone et Peisone siue lacu Odemburgensi vsque ad Draui fluenta, et ad eiusdem, atque Istri confluentes vi et armis subigunt, cuncta in ditionem et obsequium cogunt: resistentes cedunt: Auaros fugientes, qui se tradere recusabant, ultra flumen Tisam submouent: reliquias in fidem accipiunt: firmissimis valentissimisque Boiorum Venedorumque praesidiis prouinciam muniunt. Ne autem nesciremus, quae deinde fata, quae fors Auares in Transiluaniam retrusos exceperint,*

(a) Auent. L. 4. c. 5. n. 6.

(b) l. c. n. 10.

rint, ita nos edocet idem Auentinus: (a) Inter haec Boii Auarorum regionem inter se partiuntur, iunctisque Venedis Danubio proximis, & Noricum incolentibus Pannoniam, quae inter Danubium, Sauum, Drauumque amnes iuxta Romanam descriptionem includitur, inuadunt, et in Daciam alteram ripam Danubii pertinentem arma hostili animo mouent. Auarum Hunnorumque reliquias cedunt — in ditionem cuncta terrarum usque ad Sauri ostia subigunt. Colonias ibi Boiorum, Venedorumque deducunt, utramque prouinciam utriusque gentis firmis praesidiis muniunt. — Caganus Hunnorum rex se cum suis dedit, sacroque fonte ablutus Theodorus cognominatus, et in fidem acceptus est anno aerae Christianae 800. super tertium. Et porro (b) Eodem anno Auarorum regulus Theodorus nomine ad imperatorem proficiscitur, aperitque Venedos, inter quos versetur, ob veteres similtates inimicos sibi esse, suaeque virtuti inuidere, nec posse diutius inter inimicos habitare: unum a Caesare petere, ut pro sua clementia Hunnorum reliquias in eam Regionem, ubi Boiorum duntaxat municipia essent, transferret.

F 4

ferret.

(a) l. 4. c. 6. n. 10.

(b) n. 22.

ferret. Carolus postulatis annuit: ipseque Theodorus cum reliquiis Abarum locum inter Sabariam et Carnuntum supra Arrabonem fluvium, ubi tantum Boii habitabant, in domicilium delegerunt, ibique iussu imperatoris sedes acceperunt.

III. Haec annalibus Francicis apprime consentire multis eorum excitatis locis ostendit Salagius. (a) Ex quibus vna haec luculente colligimus: Venedicas gentes in Dacia, seu exactis seu aliorum inde translatis Auaribus, habuisse: etuero Praedenecenti vna eorum Slauorum tribus, quos secessione a Bulgaris facta nouas ad Morauum fluvium terras occupasse, et a fluuio cognomentum Morauorum sibi indidisse supra memorauimus, sedes suas in Dacia quoque (b) fixerunt; proinde et imperium, et nomen Morauorum eousque prorogarunt. Nam Constantinus Porphirogenitus, posteaquam Turcos, quo nomine Vngaros semper indigitat, a Pacinacitibus

(a) L. 1. de statu Ciuilibus Pannoniae c. 4. n. 4. et 5.

(b) Lucius de reg. Dalm. et Cro. p. 53. edit. Vien.

tis magna vi afflictos, et sedium extorres magnam Morauiam Sphendoploci regionem armorum potentia occupasse commemorasset, vt sedes Hungarorum terminosque luculentius prodat, conuersus ad fines Morauiae indicandos haec scribit: *In hoc autem loco antiqua quaedam monumenta supersunt, inter quae pons Traiani imperatoris ad initia Turciae, et Belegrada, quae trium dierum itinere ab ipso ponte distat, vbi turris est sancti et magni Constantini imperatoris; et rursus ad cursum fluminis extat Sirmium, quod Belegrada abest duorum dierum itinere. Inde magna Morauia baptismo carens, quam Turcae deustarunt, cuiusque princeps olim fuit Sphendoplocus. Atque haec quidem iuxta Istrum flumen monumenta sunt et cognomina: Vteriora vero, quae omnia Turcis habitantur, cognomina nunc habent a fluminibus transcurrentibus. Eorum primum Timeses est; alterum Tutes; tertium Moreses; quartum Crysus, quintum Titza. (a) Haec flumina, vt nomina eorum tantis temporum conuersionibus non admodum detorta arguunt, Daciam vique hodiernae Transilvaniae respondentem ea tempestate irrigabant.*

(a) De administr. imp. c. 40.

bant. Quare argumento sunt Morauiam quoque per eas oras fusam fuisse. Istud expressius alibi (a) idem Constantinus docet: a *Thesalonica*, inquit, usque ad *Danubium flumen*, in quo urbs *Belegrada*, otio dierum iter est, si quis non festinanter, sed interquiescens proficiscitur. Et habitant quidem trans *Danubium Turci* in terra *Morauiae*, atque etiam ulterius inter *Danubium* et *Sabam fluvios*. Cum enim trans *Istrum* *Belegrado* opponeretur *Dacia*, et terras *Belegrado* oppositas, atque *Istro* flumine diremtas, *Morauiae* nomine insigniat: *Morauiam* utique *Daciae* includit. Sed haec, an cum *Istro* in *Pontum* usque, quod multis visum, (b) procurrerit, in medio relinquo: *Tibiscum* quidem ultra et *Granum* ad fines nempe hodiernos *Boemiae* propagatam fuisse indubium habeo. Quod prius quidem, quam expedio, attingendum videtur, quam ratione ingens terrarum aequor, *Tibiscum* inter et *Granum* fluvios

(a) c. 42. de adm. imp. P. III.

(b) Auentinus L. 4. c. 13. n. 20. *Morauia* tunc latissima erat. Ab Occidente *Boemiae* continuabatur: Orientis ab ora et Meridie cum *Danubio* usque in *pontum* fere excurrebat, atque cum *Europa* terminabatur.

uios interiectum, iura nomenque Marahen-
fium subiuerit.

C A P V T III.

*Vetus Morauia terras quoque Fazigum Meta-
nastarum occupabat.*

I.

Toto hoc terrarum tractu a vetustissimis
temporibus Iaziges Metanastas Slaucici
generis (a) populos sua habuisse confessum
est.

(a) Iaziges Metanastas Slaucici generis fuisse po-
pulum docet Cl. Seuerini in comment. hist. c. 2. et
c. 7. n. 3. P. Kaprinai diplo: T. I. pag. 156. et
T. II. pag. 314. Cl. Prai. in annal. veter. Diff.
VII. Timon in imag. Hung. L. 1. c. 13. Osten-
dunt id loca Iazigibus culta, et Slaucis vocabulis
insignita. Vide Seuerini Comment. hist. pag. 104.
Quod argumentum eo firmiter est, quod locorum,
montium, et fluuiorum nomina ab aduentu noui di-
uersique populi non continuo mutari soleant, vt
habet Cl. Prai. in Differ. pag. 45. Denique suffra-
gatur Arrianus Nicomedientis de exped. Alex.
M. L. 1. p. 8. edit. Amstel. 1668. scribens: Gen-
tium Germanicarum postremos Marcomannos et
Quados: postea Iaziges, populum Sarmaticum.
Strabo item L. 7. et Plin. L. 4. c. 12. Iaziges
esse Sarmatas scribunt. At Sarmatae vtique Slaui,
vt inter ceteros ex vocabulis collegit Cl. Benkő
Transil-

est. Horum quidem cedentibus sensim Romanorum potentiae populis, terrisque omnibus, quae

Transilvaniae T. I, in suppl. pag. 536. Ceterum res haec apud omnes confessa est. Quare procumbat, necesse est ratiocinium Salagii, quod contra ita informat L. 1. in appen. n. 7. „ In eandem sententiam scribit quoque Procopius, inquit, „ Plurimae superioribus temporibus fuere, hodieque sunt nationes Gothicae — olim Sarmatae dicebantur, et Melanchleni: quidam etiam Getarum ipsis nomen tribuerunt. Vocabulis quidem omnes, nulla vero praeterea re inter se differunt — — — Eaedem omnibus leges, vna lingua, quam Gothicam vocamus: ita, vt ad vnam vniuersam gentem pertinuisse cuondam, ac suorum deinde ducum nominibus discretos fuisse existimem. Antiquae eorum sedes trans flumen Istrum. Itaque Daci, Getae, Gothi, et Sarmatae vnius generis populi fuisse dignoscuntur. Iam vero Dacis Gallicam originem tribuit Strabo — — — Ex quo consequitur, Dacos, Getas, Gothos, Sarmatas, in aduersa Pannoniae, ac Maesiae trans Danubium terra olim habitantes populos, non Sclauos, non Graecos, minime vero Croatas, sed Gallos fuisse origine. Quapropter Slavi, quos seculo iam sexto eas oras infedisse libri huius c. 3. n. 18. autoritate Procopii docuimus, non antiquissimi regionum illarum incolae, sed post Gothorum emigrationem illuc aliunde, videlicet ex vltimo Septemtrione, delati fuerint, necesse est. Hucusque Salagijs; sed omnia contorte. Nam primo si Sarmatae Iaziges Gallicae sunt originis, sequitur veteres Gallos et Sclauos ad eandem pertinere gentem: quod, quamquam vero apprime consonare, erit tempus, cum docebitur; et mox infra excitabimus ex Byssantinis

quae ultra Danubium iugis Carpaticis proximabant, nomen in obliuionem ibat: mox autem concutientibus primum omnia Gothorum, deinde Hunnorum armis pene deletum fuit: postea tamen, quam omnes armorum procellae tot famosis diuersissimarum gentium emigrationibus concitae maxima ex parte resedissent, ab interitu sensim vindicari cœpit.

II.

tinis scriptoribus loca confirmantia: Sianos veteribus Getas fuisse dictos: tamen aliorum, atque Salagius intenderit, istud euadit. 2do: Locus e Procopio allatus confusus est. Videtur enim loqui de iis Gothis, quos quidam Getas, antiquissimam nempe Thracum progeniem, et ante multis, quam Gothorum nomen audiretur, seculis Graecorum scriptis celebratos dixere: Quod si de his Procopio est sermo, falsum est, antiquas eorum sedes trans Istrum fuisse: scitum est ex Herodoto illos in Thracia habuisse: erant enim Thracum genus. Quod si Procopii oratio, illos signat Gothos, quos e Scandinauia multitudine innumerabili effusos, et stirpe Teutonum generatos versio sacri codicis ab Vlfila Gothorum episcopo adornata extra controuersiam ponit: rursus a vero abluat eius oratio, cum inde recta fluat Sarmatas laziges in Germanicis nationibus esse ponendos, quod Arriano et Plinio authoribus vetustissimis plane repugnat, vt vidimus. Itaque implicatus, confususque Procopii locus vt multa contorquet: ita nihil docet. Quod vero Salagius adiungit autoritate Procopii docuisse se Sclauos oras Transdanubianas seculo primum sexto infedis, id eum male intellecto et peius detorto Procopii loco erronee docuisse mox videbimus.

II. Nam tristes Iazigum reliquiae, quas bellorum furoribus fortuna eripuit, per montes eatenus dissipatae tum primum conuenire: Atilanis reliquiis, cuius sub signis multae Slauicae gentes (a) meruerant, iungi, et

(a) Multas Slauiicas nationes cum Atila a Maeotide palude excitas ad vtramque Danubii ripam venisse eruit e vetustissimis monumentis Iordanes in Originibus Slauiicis, vt prima, eaque magna pars eius operis docet. Ostendit hoc quoque Clarissimus rerum Bohemicarum scriptor P. Gelatius in prodromo de origine gentis Bohemicae, vbi plura in hanc rem vetustissima adfert testimonia T. I. pag. 129. confirmat istud et Cl. Seuerini in Pannonia veterum monumentis illustrata de Alanis agens pag. 211. et in comment. hist. pag. 40. Alii passim. Et vero Priscus et Iornandes, cum de Atila, eiusque exercitu agunt, plura referunt vocabula Slauiica in eodem exercitu vsitata. Hinc adeo Ioannes Eccardus vir doctrinae fertilissimus non dubitauit asserere Hunnos Slauiici fuisse generis. Id quidem iuisse conuulsam multos eruditorum non nescio: nec nostrum est lites tantas componere, praesertim, quod eas haud posse componi censent viri eruditione conspicui, et studia partium procul habentes: argumento nihilominus sunt in exercitu Atilae plurimos fuisse Slauos, cum Hunni in commercium linguae suae Slauiica vocabula adoptauerint. Adeo Slaui iam Hunnis Hungarorum maioribus iuncti fuere.

In alia omnia abiit, cum suas de Slauis opinionationes contorsit Salagijs, in libris de statu Ecclesiae Pannonicae. Ne quid dissimulare videar, ver-

et, cum caeteroquin linguis consentirent, animis quoque coalescere. Inde nouae ciuitatis

verba eius hic adiungam: ita autem ille L: 4. p. 412. De Slaonica gente, quae quondam Morauiae dominata, ac hodieum superstes in superiore Hungaria amplas sedes occupat, haec mihi firma stat sententia: eam a Vinidis ortam, et plagas a principio incoluisse Septentrionales vltra montes Carpathicos: has enim Iornandes auctor seculi sexti Slaunis et origines et sedes assignat verbis, quae sequuntur „ Iuxta quorum (nempe alpium Daciae) „ sinistrum latus, quod in aquilonem vergit, et ab „ ortu Vistulae fluminis per immentia spatia venit, „ Vinidorum natio populosa confedit: quorum nomina licet nunc per varias familias, et loca mutantur, principaliter tamen Sclauini et Antes nominantur. Sclauini a ciuitate noua, et Sclauino „ Rumunense, et lacu, qui appellatur Mulianus, „ vsque ad Danastrum, et in Boream Visclatenus „ commorantur: hi paludes, filuasque pro ciuitatibus habent. Antes vero, qui sunt eorum fortissimi, qui ad ponticum mare curuantur, a Danastro extenduntur vsque in Danaprum; quae flumina multis mansionibus ab inuicem absunt „ En Sclauinorum nationem a Vinidis ortam: en sedes Sclauinorum vltra terram Iazigum Metanastarum, Quadorum, et Marcomannorum vltraque montes Carpathicos constitutas! — — Ex his Slauis et Antis non parua manus relicto patrio solo ad oras Danubio viciniore eodem seculo (sexto) migravit, ac terras Romanorum Orientalium infestare coepit, quemadmodum breuiter innuit Iornandes, late autem profequitur Procopius, scriptores rebus istis aequales. Tum primum innotuere Slaui Romanis, et Graecis, cum antea gens ignota

tis quaedam species. Vt autem, quo nomine haec conuenarum multitudo censa primum

nota esset, vt eam appellat Menander Protector, homo eius aetatis. Itaque gloriam rerum ab iis gestarum, ob quam Slauorum nomen inditum sibi putant, inuida fama diu occuluit, ac sero nimis ad Graecos et Romanos detulit. „

Alio loco variatam non nihil de aduentu Slauorum ad Danubium opinionem, libro scilicet primo pag. 117 sic proponit „ Vbi Gothicae illae „ gentes seculo Christi quinto Danubium transgressae, relictis antiquis sedibus suis, in imperium „ Romanum immigrarunt, variisque in prouinciis „ varia regna condiderunt, ex vltiore Septemtrione egressa natio alia, quae Sclauonica dicitur, vacuas vltra Danubium terras infedit, ibique Procopii tempore hoc est ante medium seculi sexti habitauit. De Sclauenis hoc Procopius: Hi populi, Sclaueni inquam et Antae, „ non vni parent viro; sed ab antiquo in populari imperio vitam agunt — — — ingenium „ ipsis nec malignum nec fraudulentum, et cum simplicitate mores Hunnicos in multis retinent. „ Nomen etiam quondam Sclauenis Antisque vnum „ erat, vtrosque enim appellauit Sporos antiquitas, ob id opinor, quia sparsim, et rare positissimis „ tabernaculis regionem obtinent; quo fit, vt magnum occupent spatium. Et vero vltioris „ ripae Istri partem maximam habent. „ Haec Procopius de Sclauis: quorum iteratas in Graecorum imperium incursiones pluribus locis commemorat. Illud hic obseruandum: primum esse ex antiquis Procopium, qui Sclauorum meminerit. Nec id mirum: nam populus ille extrema olim Septem-

num fuerit, in ambiguo est, ita postquam
Suatoplugus ex Morauia Daciae ultra Gra-
num

temtrionis incolebat neque Graecis neque Roma-
nis, antequam ad plagas Danubio viciniores mi-
graret, cognitus. Hucusque Salagius, qui si vera
fert, ruat, necesse est et authoritas, et ratio, et
eorum sententia, qui Slauos ad Istrum non cum
Hunnis modo, sed longissimis antihac temporibus
egisse pro euicto habuerunt.

At enim manifestum est locis a Salagio exci-
tatis adeo sententiam eius non firmari, vt iis
ipsis locis penitus infringatur. Vt lucidiore ordine
res procedat, videamus hic prius Procopium. Scla-
uenorum hic et Antarum mores, et religionem,
et instituta describit. De eorum ad Danubium
primo aduentu ne literam quidem. Quomodo,
quaeso hinc, et quibus ex verbis hausit Salagius „
„ *Gothis saeculo V. Danubium transgressis ex vteri-*
„ *ore Septemtrione egressam nationem Slauiam va-*
„ *cuas ultra Danubium terras ante medium seculi sex-*
„ *ti insedisse?* „ Vllane vel leuis coniectura suadet
omnem terrarum tractum, quem Danubius e Ger-
manicis oris euolutus ad Pontum vsque Euxinum
ex parte Septemtrionali fringit, Gothicis solum-
modo gentibus ad id temporis habitatum fuisse?
Quid? Gothicis inde egressis exporrectum illud tot
late iacentium plagarum spatium quinquaginta an-
norum interuallo vacuum mansit? Quomodo haec
ratio tam curate est subducta? An quia Proco-
pius seculo primo sexto scripsit, ideo Slaui etiam
seculo primo sexto, idque circa umbilicum, Da-
nubium videre? argutatio mira! res, quas poste-
ris Procopius commendandas suscepit, omnes eius
aetate primo principia coepere. Inde adeo fiden-
ter

num flumen victricia tulisset arma, in ius, nomenque Morauicum omnem eam multitudinem transiisse in compertis est ponendum.

III.

ter Salagius L. 1. c. 4. n. 6. asserit: *longe lateque porrectam ultra Danubium continentem Pannoniae oppositam iam seculo sexto Slaus infedisse ex Procopio supra narrauimus. Vbi hoc Procopius? Iam illud, quod addit Salagius, Slaus, antequam Danubium accessissent, seu ante dimidium seculi sexti Romanis iuxta atque Graecis ignotos fuisse, Procopio e diametro opponitur. Author enim hic docet primo: Sclauenos, veteribus Sporos fuisse appellatos: itaque cognitos quoque sub nomine Spororum adstruit. Alioquin quod Graecis Spori, Latinis Sparsi; hoc Moscis; Rossi, Russi, Roxolani, si literam x per duo s reddas, vt veteribus, et hodie Illyriis mos. (Vide Des Fürsten Michaël Schtscherbatouo Russische Geschichte von den aeltesten zeiten an. Einleitung. pag. 4. Cromerum de vera Slauorum origine L. 1. c. 10. et 12.) Roxolanos autem Graecis iuxta et Romanis fuisse notos norunt omnes non hospites in historiis. Atque hoc est, quod Procopius docet: id, quod Salagius nescio vnde exculpfit, Procopius ne per somnium quidem. Secundo docet Procopius Sclauenos cum simplicitate mores Hunnicos retinere in multis. Quomodo mores Hunnicos retinebant, nisi ab Hunnis eos participarunt? Participarunt itaque, et, quod iuxta est, habitarunt cum Hunnis. Hunni iam seculo Christi quarto Istrum vexabant: igitur et Slaueni. En hoc docet Procopius. Phrasas illas, quas Salagius in libris suis iparsit, et temporum incurius chartis suis illeuit, et Slauis alleuit, a Procopio character grauis scriptoris, quem stilo exprimebat; ratio, qua valebat;*

III. Nec enim supra infraque Marahen- sibus omnia tenentibus, et victorias e Dacia

G 2

ad

bat: animus decori studiosus, quo eminebat, procul remouere.

Videamus iam Iornandem. Commemoratur hic Vinidorum nationem ad caput Vistulae confedis-
eorum, quanquam in plures familias locis nomini-
busque distinctas abeunt, praecipuos tamen Sclau-
inos et Antas: Sclauinos ad Danastrum vsque, ab
hoc ad Danaprum Antas commorari. Hoc, et nihil
praeterea Iornandes. Iam quid Salagius? *stat*,
inquit primo, *mibi firma sententia Sclauinorum natio-
nem a Vinidis ortam.* Ego vero nihil vnquam,
quod magis, quam haec sententia labasset, vidi,
legiue, nec mirum: omnia hic sibi pugnant. Nam
primo pernegat Salagius Slauos a Sarmatis ortos.
L. 2. p. 90. et eodem libro p. 174. Seruios Sla-
uos a Sarmatis descendisse: et L. 1. p. 144. om-
nes gentes, quae generali vocabulo Slaucicae no-
minantur, eiusdem esse originis dubitari vix posse
scribit. Item L. 1. pag. 207. claris adstruit verbis po-
pulos, — quos antiqui scriptores Sarmatas appel-
labant — Sclauonico genere ortos. En pugna. Ut
autem hic a se; ita plus longe et a se, et a vero
discordat, cum Slauos a Vinidis deriuat. Nam L.
2. pag. 64. haec scribit „ Ex iisdem Croatis
(Dalmatiae incolis) propagatos libro priore, nem-
pe pag. 127. collegimus, Slauos mediterranea No-
rici incolentes, quos Carnos, Carentanos, et Vi-
nidos Scriptores medii aevi appellant: et L. 2.
pag. 62. docet Slaucicum quendam populum Croa-
tarum nomine appellatum e regionibus borealibus
supplicem ad Heraclium venisse: haec si omnia in-
uicem contendamus: planum fiet iuxta Salagium
a Vinidis Slauos, a Slauis Croatas, a Croatis mi-
ran-

ad Vagum proferentibus, sola haec terrarum portio domini eorum expers esse potuit.

Vnde

randa conuersione rursus Vinidos primos gentium Slaucarum parentes: hoc est a nepotibus auos fuisse generatos. Nondum satis: ut se ipsum magis conuallat Salagius, in fulcimentum suae sententiae Iornandem trahit. De Slaueorum a Vinidis ortu Iornandes ne verbum quidem. Et vero palam est Iornandi loco citato Vinidos et Sclaueos vnum, eundemque esse populum: se ipso autem nihil est prius: et si Sclauei orti a Vinidis, Vinidi utique ortu praecessere Sclaueos: cum Iornandes sibi constet, et id deliramenti in animum non induxerit, ut quidquam se ipso prius esse posse statueret: plenissimo in meridie est collocatum: illud epiphonema: *En Sclaueorum nationem a Vinidis ortam!* nec ex Iornande posse exprimi, et purum esse Salagii commentum.

Non subsistit hic Salagius: stat ei firma Sententia Slaunicam gentem a principio plagas incoluisse Septemtrionales ultra montes Carpatos. Id quoque citato Iornandis loco pergit firmatum. Oro te, obsecroque lector beneuole: relegere sis Iornandis locum: num in tota eius oratione hae vsquam voculae occurrunt: *a principio*. — Nonne nusquam sunt? adiecit igitur Salagius ex suo — His autem oculis adiectis nonne mutat sensum Iornandis? cuius sine hoc adiectu oratio vera est: etsi Slaui sub exitum seculi quarti coortis a Danubio motibus trans Carpatum discesserint: vastissimas ibi plagas infederint: subinde Russorum, et Polonorum regna informauerint: rursus compositis ad Istrum motibus ad auitas Danubioque vicinas sedes remigrarint. Et uero euicit hanc sententiam

Cl.



Vnde Auentinus annal. Boicor. L. IV. posteaquam Hungarorum ad Arnulfum legationem

G 3

com-

Cl. Prai differ. tertia in annales Hunnorum: manifesta ea fit Nestorem legentibus: erit tempus, cum eam dilucidabimus. Aliud itaque Iornandes scripsit; aliud Salagius effinxit. Iam illud: Iornandes ad caput Vistulae primas assignat Slauis sedes. Salagius scribit Slaucs extrema Septemtrionis coluisse (L. 1. p. 119. et L. 2. p. 89. Vistula in Silesia oritur: igitur firma Salagii sententia extremus septemtrio iacet in Silesia. Hic nouus est partium orbis positus.

Sed haec forte extra oleas. Ad Iornandem redeo. Scriptor hic et vitae conditione, et eruditione conspicuus expressis verbis docet: *Anias Slaucorum fortissimos a Danaastro extendi usque ad Danubium.* Alibi dicit adhuc ante depugnata cum Hunnis bella *Hermanricum Gotborum regem in Venetos arma mouisse.* — *Hos ab vna stirpe generatos tria nomina iam reddidisse, id est, Venetos, Antes, Slaunos.* Totum porro hunc, quem de rebus Geticis conscripsit, librum hac luculenta oratione claudit.

„ Haec qui legis, scito me veterum secutum scri-
 „ pta. — Nec me in fauorem gentis praedictae
 „ (Geticae) quasi ex ipsa trahentem originem
 „ aliqua addidisse credat, quam quae legi, aut
 „ comperi. „ Ita clarissima Iornandis sententia
 Slaui et Danubium longe prius, quam seculo sexto, accoluere, et ante Hunnorum debellatas cum Gothis pugnans iam cum Gothis suas contulere vires, et scriptis, ex quibus sua desumpsit Iornandes, celebrati fuere. Nullo proinde pacto Iornandes trahi potest ad stabiliendas eas opiniones, quas solius inficetae voluptiae causa ad ludificationem nationum abortauit author.

commemorasset, haec subiicit: „ Grata legatio Arnulfo fuit: statim ipse annuit: et Morauos

Supereſt excutiendus Menander Protector, quem tertium in patrocinium ſuae cauſae appellauit Salagiſius. Sic ille L. 4. p. 413. „ Tum primum innotuere Slaui Romanis et Graecis, cum „ antea gens ignota eſſet, vt eam appellat Menander Protector homo eius aetatis „ Verba Menandri vel potius Theophylacti in excerpt. de Legat. p. 118. haec ſunt: *Abarorum gens bello non tamen indicto Romanos adorta eſt: at Slauiſſima gens ignota improbior et verſutior Romanos eſt aggreſſa.* Verba ſunt ſeu Menandri, ſeu Theophylacti. Vterque ad Mauritiſſimi imperatoris aetatem pertinet: neuter exprimit: Romanifne an Auariſſimi Slaui gens ignota eſſet? Nam Romanis, Mauritio rerum potente, quomodo ignoti Slaui, qui quarto imperii Anaſtaſii anno. Xti 494. Herulos a Longobardis pulſos, et ab fluuio Iſtro traiciendo abhorrentes, ac proinde cis Danubium agentes per fines ſuos tranſiſſere teſte Procopio de bello Gothico L. 2. c. 15. p. 422. .? Qui, ex quo tempore rerum potitus eſt Iuſtinianus, pene quotannis inſurſionibus crudeliſſime depopulati ſunt Illyricum, Thraciamque totam, Graeciam, Cherſoneſum, et omnes, quae a finibus Ionii maris ad Byzantinorum vsque ſuburbana interiectae regiones populique ſunt, his ipsis verbis hoc firmante Procopio in hiſt. arcan. c. 18. pag. 54. 52. ? Quibus Iuſtinianus Auguſtus miſſa legatione urbem antiquam (Turrim appellant) quae trans Iſtrum fluuium ſita conditaque olim a Traiano Romanorum imperatore multis abhinc annis vacabat, agrosque circumiacentes pro iure veteri, quo ad Romanos pertinerent, daturum ſe ſpondit, eorumque

nos triplici exercitu inuadere decreuit. —
 — — Arnulfus a fronte cum Francis, Boiis,

G 4

Sue-

que amicitiam aliturum omni studio teste eodem de bello Goth. c. 14. p. 499. ? Quos Romanorum in bellis socios multo ante Mauriti tempore fuisse clarum faciunt Graecorum historiae ? caeterum huic Menandri propositioni : *at Slaui gens ignota improbius et versutius Romanos est aggressa nequaquam hic subiiciendus est sensus : Tum primum innotuere Slaui Romanis et Graecis , cum antea gens ignota esset , ut eam appellat Menander homo eius aetatis , quem tamen sensum subdit ei Salagius l. c. Nam qui tum primum innotuere , qui hoc ipso loco versutiores Auaribus dicuntur ? Quomodo versuti sunt , qui ignoti ? Quid , quod Theophylactus idem , cuius ea excerpta sunt , quae Menandro adscribuntur , L. 3. c. 4. hoc expressis verbis habet „ anno sexto imperii Mauriti Getae , seu , quod idem est , Slaui Thraciae , proxima valde deuastant , et c. 11. clare docet Slauos esse eos , quos antiqui Getas dixerunt . An Getae veteribus ignoti ? Quid si Theophylactus non nisi eo ignotos vocat Slauos , quod eorum ratio pugnant : diuersis integumentis velata non satis pateat ? Quid quid sit certe rursus pro more suo seorsum hic a Menandro , siue Theophylacto Salagius .*

Ostendit is nimirum , non solos , qui amant , sed illos etiam , qui odere , somnia sibi fingere , et cum veritatem professis neque amore , neque odio quisquam dicendus sit , veritatem sibi haud magni stetit . Omitto illud , quod gloriabundam huius gentis multitudinem laudem gloriae vendendis fumis aucupari L. 4. p. 436. nobis passim notescere scribat . Nam multis quaerere possem : quibus *Nobis* id pateat ? nec velim rei mihi quidquam esse cum Salagio de fumo , cuius se multa ramenta de Slauis emisse hoc ipso loco satis pandit . Praestat

Sueuis ingruit — — Vgri — vtramque Daciam citra et vltra Tibiscum, quatenus a GRANO flumine cum Sueuo monte, Danubioque amne ad Pontum Euxinum excurrit, velut nimbus inudant. „ Cum scriptor hic, quanquam multa praepostere, scribat totam hanc belli molem in Morauia confectam, et vna procurfiones ab Vngaris a Dacia vtraque ad Granum vsque amnem factas adiungat: vtique iuri Marahensium totum illum terrarum tractum vindicat. In eandem abit sententiam Timon L. 3. c. 2. in imagine antiquae Hungariae: cum enim Vngaros ab Arnulfo euocatos parta victoria et confectis mandatis e regione *Faxigum Metanastarum* in Daciam reuertisse scribat: confitetur dubio procul omnes illas terras ad Suatoplugum pertinuisse, a quo, rege vtpote Marahensium, denominationem Morauiae accepere.

CA-

stat igitur dissipatis inaniis ratiociniorum Salagii ad viam redire: et in rebus indubiis collocare: Slaus sub signis Atilae iam meruisse.

C A P V T IV.

Vetus Moravia a Grano ad fines hodiernae Moraviae usque, qua Bohemiam tangunt, pertinuit.

I.

Nunc quomodo vniuersi terrarum tractus, a Grano ad limites vsque hodiernos Bohemiae proiecti, ad ditiones Suatoplugi adiecti sint, paucis reddendum. Statuo itaque imprimis, omne, quid quid terrarum a Grano ad Morauam fluuium, et ab hoc ad hodiernam vsque Bohemiam funditur, id inquam omne seculo nono, prius scilicet, quam Suatoplugus nominis sui gloriam armis intendisset, Bohemiae nomine venisse. Ipse fluuius Granus vetustissimo nomine suo, quod limitem sonat, duarum se Slaucarum gentium, hinc quidem Bohemorum, inde Iazigum Sarmatarum determinatorem fuisse sic satis aperte prodit. Non abnuo quidem haec cuncta terrarum primitus magnam Croatiam occupasse: Eruit istud, et luculente deduxit ex verbis Porphirogeniti Cl. Dobnerus l. 2. annal. Bohemiae. p. 15. hac subinde vsus clausula „

„ Magni igitur Chrobati dicti — quod maxi-
 „ ma terrarum spatia omnem videlicet transda-
 „ nubianarum regionum tractum a Grano usque
 „ Nabum fluvium latissime in Septentrionem
 „ procurrentem occuparent, quodque tam nu-
 „ meroso iam tum abundarent populo, ut colo-
 „ niis in alienas terras emittendis sufficerent. „
 At idem Cl. Author eodem libro paulo ante
 ostendit per Chroatiam Porphirogeniti, non
 aliam censi posse regionem, quam Bohemi-
 am. Adeo omnibus locis, quae signavi, Bo-
 hemiam diffusam fuisse iam Constantinus illi
 aevo vicinior docuit.

II. Id ipsum alii et aevo et loco vicini-
 ores tradunt scriptores. Eginhardus Panno-
 niae superiori ex aduersa Danubii ripa oppo-
 nit Bohemos. Sic enim ad annum 791.
 loquitur: „ Transacto vere, circa aestatis ini-
 „ tium rex de Wormatia mouens Boioariam
 „ profectus est, ut Hunnis — quamprimum
 „ posset, bellum inferret. Comparatis igitur
 „ ad hoc ex omni regno suo validissimis co-
 „ piis et comitatibus bipartito exercitu iter
 „ agere cepit. Cuius partem Theodorico
 „ Comiti et Meginfredo cubiculario suo com-
 „ mittens eos per aquilonarem Danubii ri-
 „ pam

„ pam iter agere iussit. Ipse cum parte,
„ quam secum retinuit, australem eiusdem
„ fluminis ripam Pannoniam petiturus occu-
„ pavit. — — Cumque rex cum eo, quem
„ ducebat, exercitu vsque ad Arrabonis flu-
„ enta venisset, transmissio eodem fluuio per
„ ripam eius vsque ad locum, quo is Danu-
„ bio miscetur, accessit, ibique statuis per
„ aliquot dies habitis per Boioariam reuerti
„ statuit: alias vero copias — per Boema-
„ nos via, qua venerant, reuerti praecepit.
„ Sic — Saxones — per Bohemos, vt ius-
„ sum erat, domum regressi sunt. Hucusque
Eginhardus. Iam cum Arraboni superioris
Pannoniae fluuio ex aduerso Danubii obiici-
antur orae Nitrienses: per eas autem reuer-
sus exercitus dicatur per Boemos iter su-
um relegisse, clam nemine esse potest hic
Boemanorum terras, ac proinde Bohemiam
iacuisse. Idem ex alio Eginhardi loco con-
fit, vbi „ (ad an. 805) haec habet: Caca-
„ nus princeps Hunnorum propter calami-
„ tatem populi sui imperatorem adiit, po-
„ stulans sibi locum dari ad habitandum inter
„ Sabariam et Carnuntum: quia propter in-
„ festationem Slauorum, qui Bohemani vo-
„ cantur, in pristinis sedibus esse non pote-
„ rant. 30.

„ rant „ Superius iam ex Auentino, aliisque
 vetustis scriptoribus vidimus Auares victoriae
 Caroli M. superstites ad terras Iazigum sub-
 motos fuisse. Hic proinde propter infesta-
 tionem Bohemorum illis tranquillis esse
 non licuit. Incubabant igitur ad Granum
 fluum eis Bohemani, ac, quod suapte con-
 sequitur, orae Bohemicae ea tempestate a
 Grano ad hodiernam vsque Bohemiam con-
 tinuabantur. Haec omnia patriis quoque an-
 nalibus mirifice firmantur. Anonymus Belae
 regis notarius eum in modum loquitur. (a)

„ Misit milites — qui subiugarent populum
 „ de castro Gumur et Neograd, et si for-
 „ tuna eis faueret, tunc ascenderent versus
 „ finem Boemorum vsque ad castrum Nitra.
 „ et, (b) Mortuo Atila terram, quae iacet
 „ inter Gron et Vagh a Danubio vsque flu-
 „ uium Moraua dux Boemorum sibi praeco-
 „ cupauerat. Et rursus: tunc temporis fa-
 „ ctus est (scilicet Nitriae:) dux Bohemo-
 „ rum Zubur. „ Quis iam non videt vetu-
 stissimorum monumentorum fide Bohemiam
 ad flumen Granum olim pertinuisse?

III.

(a) c. 33.

(b) c. 35.

III. His ita digestis, quem in modum haec omnia in ius Suatoplugi, et nomen Morauicum coaluerint, videndum est. Et oras quidem Nitriensibus circumfusas praeualidus armorum Suatoplugus perfacile bello in suam ditionem redegit. Manifestis id verbis docent in sua ad Pontificem summum epistola supra allata Bauariae praesules. „ Antecessor, inquit, vester Zuentibaldo „ duce imperante Vicchingum consecrauit „ episcopum, et nequaquam in illum anti- „ quum Patauiensem episcopatum eum trans- „ misit, sed in quandam neophitam gentem, „ quam ipse dux domuit bello, et ex paga- „ nis Christianos esse patrauit. „ Gens Suen- tibaldi armis domita non alia est, quam Nitriensibus terris adsita. Huic enim Vichinus, cuius praesules Bauariae in sua epistola mentionem iniiciunt, missus est episcopus ad preces Zuentibaldi. (a) Hic itaque Vichinus confirmat oras Nitrienses armis a Suatoplugo in ius suum vindicatas fuisse:
alieni

(a) Extat epistola Ioannis Papae ad Zuentibaldum; in qua Vichinus hic Nitriensibus insulis euinctus scribitur. Vide eam apud Salagium L. 4. de episcopatu Morauensi.

alieni proinde iuris antea extitisse. At cuius, nisi Bobemici?

Non me quidem latet locus annalium Fuldensium, qui ad ann. 864. ita habet: „
 „ Ludouicus rex in mense Augusto vltra
 „ Danubium cum manu valida profectus
 „ Rasticem in quadam ciuitate, quae lin-
 „ gua gentis illius Douina, id est puella
 „ dicitur, obsedit. „ Quae si vero non sunt
 aliena, cum Ratislaus Marahensium rex fue-
 rit, et Douina multorum opinione oppido
 Diuinio ad confluentem Moravae et Danubii
 sito respondeat, conficitur luculente loca
 haec iam ante Suatoplugi aeuum iuris Mara-
 hensium fuisse. Sed loco hoc annalium Ful-
 densium mendum manifestum cubat, vel cer-
 te Douina et Diuinium diuersa sunt. Namque
 annales Bertiniani ad eundem annum haec
 habent „ *Ludouicus rex Germaniae hostiliter*
 „ *obuiam Bulgarorum Cagano, qui Christia-*
 „ *num se fieri velle promiserat, pergit, inde ad*
 „ *componendam Vinidorum marcam, si se pro-*
 „ *sperari viderit, perrexiturus.* „ Chronicon au-
 tem Herueldense, Hildesheimenseque rem to-
 tam breuissime sic absoluunt: „ *Ludouicus*
 „ *rex Ratzicum regem Marahensium sibi sub-*
 „ *iu-*

„ *iugavit.* Quae si iunctim spectemus, victum quidem Ratislaum habebimus; at in marca Vinidorum Carinthiae vicina, vbi Ratislaum rerum potitum fuisse supra vidimus: id quod annalibus Francofuldensibus roboratur, qui Ratislaum ad an. 810 regem Vinidorum vocant. Vinidorum autem gentem ad Morauam fluium accoluisse nusquam legimus. His mirifice confirmantur ea, quae supra de Ratislai ditionibus sunt dicta. Simul videmus Douinam Diuinio non respondere, certe ad Ratislaum minime pertinuisse. Est enim credibili maius Ratislaum his annis potentia et viribus praeualidum vno Ludouici per Danubium transitu ita fuisse percussum, vt eius copiis congregari non auderet: ita constrictum, vt locum effugiendi non haberet: imo in ipsa Danubii ripa, primoque statim in castro, cuius cingendi Ludouici copiis superato Danubio, vt situs Diuinii ostendit, nec copia quidem esse potuit, sic nihilominus obsessum, vt ad obsides dandos, et ad durissimas condiciones iuramento firmandas adigeretur. Quare vel locus annalium Fuldensium sublestus est: vel certe sub Ratislao latet Suatoplucus, vt suspicatur Cl. Dobner,

(a)

(a) qui orarum Nitriensium, omnisque Vicinia ea aetate, vt ex epistola praefulum Ba-
uariae vidimus, dominus erat.

IV. Nunc, quomodo vltiore Bohemia, quam nempe Marchionatus Moraviae hodie occupat, Suatoplugus sit potitus, expediendum. Regino ad an. 890. haec scribit: „ Arnulfus Rex concessit Zuentibolh Marahensium Sclauorum regi Ducatum Bohemensium, qui hactenus principem suae cognationis ac gentis super se habuerant, Francorumque regibus fidelitatem promissam inuiolato faedere conseruauerunt. Eo quod illi, antequam in regni fastigio sublimetur, familiaritatis gratia fuerat connexus. „ Idem testatur Annalista Metensis, Sigebertus Gemblacensis: et Otto Frisingensis, qui (b) summa breuitate rem omnem ita expedit: *concessit autem Arnulfus Zuentibaldo Marahensium regi Ducatum Bohemiae. Tenemus ex his Suatoplugo Marahensium regi Ducatum Bohemiae liberalitate Arnulfi collatum esse. At quem?*

(a) Libro III. ad annal. Hagecii p. 62.

(b) L. 6. c. 11.

quem? Id iam elucidandum. Etenim vetustissimis exterorum domesticorumque Bohemiae scriptorum testimoniis cautum est, et tum, et posterioribus temporibus Bohemiam in plures ducatus diuisam fuisse. Annales Francofuldenses ad an. 845. referunt *Hludouicum* (Germaniae regem) *quatuordecim ex duobus Bohemanorum cum hominibus suis Christianam religionem desiderantes suscepisse, et in octauis Epiphaniae baptizari fecisse.* Idem Aimonius, Sigebertus Gemblacensis, magnum chronicon Belgicum habet. His, credo, adductus Balbinus (a) haec ipsa his verbis fatetur „ constat nihilominus in Bohemia, „ vt ex superioribus patet, plures duces „ fuisse: Zlicenses, Lucenses, Melnicenses, „ Teplicenses, Boleslauenſas, Lipenses, „ pluresque alios, quorum nomina ipsa antiquitate perierunt. Cosmas etiam antiquissimus scriptor in Bohemia plures prouincias collocat. „ Et certe annales Francofuldenses prodidere ducem *Viztrachi*; Christianus autem vetustissimus Bohemiae scriptor ducem *Kurimensem*. Exteri quoque scriptores

(a) Epit. l. 1. c. 10.

res passim de pluribus loquuntur, vt nullus dubitationi sit locus super, diuisam in ducatus Bohemiam pluribus paruiffe ducibus, inter quos vnum praecipua autoritate gloriam fuisse produunt supplementa annalium Francorum Pithæorum a Cl. Kollario ex bibliotheca Caesarea Vindobonensi vulgata, quae (a) inter omnes duces Boemorum, qui ad comitia Ratisbonam venerant, primores Spitigneum, et Vratislaum Borauogii ducis Pragensis filios fuisse ferunt.

V. Porro vt vt exploratum sit Suatoplugum ab Arnulfo ducatu Bohemiae auctum: is tamen nunquam suprema autoritate ad clauum Bohemiae sedit. Istud euincit Cl. Dobner (b) hoc ratiocinio: „ Habemus,
 „ inquit is, eorum temporum iam sinceram
 „ historiam ex vita vetustissima S. Ludmil-
 „ lae, ex Christiano, ex Cosina nostro,
 „ qui quanquam Suatoplugum tanquam ma-
 „ gnificum imperatorem dominatum vniuer-
 „ sae terrae memorent; attamen seriem du-
 „ cum Bohemiae ex sua cognatione, secus
 „ „ quam

(a) ad an. 895. p. 257.

(b) L. 3. annal. p. 251.

„ quam scripsit Regino (at enim is non scri-
„ psit Suatoplugum primae authoritatis du-
„ cem Boemiae) rite describunt ; fatentur
„ quidem Borziogium , qui hoc tempore
„ Bohemiae praeeerat , Ducatu fuisse exutum
„ ob susceptam fidem , sed a gentilibus Bo-
„ emis : non Arnulfo ; eique subito ab iis-
„ dem substitutum Stroimirum , denique hoc
„ paulo post in exilium suum remisso , de-
„ nuo fascibus suis redditum Borziogium. „
Quae extrema primis collata , et sub vnum
obutum subiecta dant dilucide Suatoplu-
gum , Sclauorum Marahensium regem , iuxta
quidem vnum e Bohemiae ducibus , nequa-
quam tamen principem fuisse. Verum et hanc
accessionem ducatus Bohemiae non ita Ar-
nulfo referendam habuit , quasi armis eam non
emeruisset. Nihil minus quam libera haec
Arnulfi liberalitas fuit. Vt antea Pannoni-
am , ita deinde ducatus quosdam Bohemiae
non gratiae , sed potentiae Suatoplugi con-
cessit. Fragmentum annalium Francofulden-
sium in annalectis Vindobonensibus ex codi-
ce vetusto Bibliothecae Caesareae a Cl. Kol-
lario prolatum id docet. Sic enim ad an.
895. refert : „ mediante mense Iulio habi-
„ tum est vrbe Ratisbona generale conuen-

„ tum. Ibi de Sclauonia omnes duces Bo-
 „ hemanicorum, quos Zuentibaldus dux a
 „ confortio et potestate Boioaricae gentis
 „ per vim dudum diuellendo detraxerat „
 Haec satis indicant, qua gratia adductus
 Arnulfus ducatum Bohemiae Suatoplugo ad-
 dixerit. Hic porro ducatus alius esse non
 potuit, quam qui hodiernae Morauiae situ
 suo respondebat. Nam et Boioariae seu Au-
 striae finitimus, et nomen Marahaniae, in
 appellationem Morauiae subinde detortum, a
 Suatoplugo Marahensium iam antea rege, et
 nunc harum terrarum victore primum obti-
 nuit. (a) Certe ante hanc tempestatem nul-
 lus

(a) Morauiam a fluuio Moraua appellari vi-
 sum inter caeteros Suidae. Sed noua hic enasci-
 tur quaestio: vnde scilicet fluuio ipsi hoc Slaui-
 cum nomen, an non a populis accolis inditum?
 Quid si Morauia a fluuio Moraua; cur non potius
 nomen trahit a Maro fluuio Transilvaniae vetu-
 sissimo, aut Morabo, vt supra dixi. fluuio Bulga-
 riae, ad quem ciuitatem cognominem Marouua ste-
 tisse prodit ad an. 1059. Schaffnaburgensis? Pro-
 babilius itaque est a voce Slauiica Marha pecus fi-
 gnificante Marahanos appellationem traxisse:
 quod inter Bulgaros degentes pro more regionis
 rei pecuariae operam prae caeteris impenderent:
 Aliis Slauiicis gentibus id in more positum, vt no-
 men saepe a quadam actione deriuarent. Kulsinsz-
 kius

lus coaeuorum scriptorum istud his oris cognomentum adiunxit (posteriores enim , et fitum veteris Moraviae ex hodierna aestimantes nemo moratur) postea vero his partibus Bohemicis nomen Moraviae adhaesisse acta Suentibaldi cum Berziuogio ostendunt , et non obscure Eginhardus innuit , cum in vita Caroli M. haec scribit „ omnes barbaras „ ac feras nationes , quae inter Rhenum ac „ Vistulam fluuios , Oceanumque et Danubium positae , lingua quidem pene similes „ moribus atque habitu valde dissimiles Germaniam incolunt , ita perdomuit , vt eas „ tributarias efficeret : inter quas fere praecipui sunt Weletabi , Sorabi , Abotriti , Boemani . Cum iis namque confixit : caeteras , quarum multo maior est numerus , in „ deditionem suscepit . „ An Eginhardus erat pressurus silentio Morauos aliis memoratis nationibus et frequentia populi , et celebri-

H 3

rate

kius in specimine Ecclesiae Ruthenicae p. 107. „ de nomenclatura Slauium haec habet „ Varangi sunt nominati ab hostilitate : Dreulani a vetustate : Iazigae ab idiomatis corruptione : Poloni a venatione , Pecenigae a combustione , quod viuos homines in Sacrificia idolorum comburere consueuerint : quid ni Marhani a Marha re pecuaria ?

rate ducum, et gloriae militaris splendore longe spectatiores, siqui tunc Marahenses hodiernam Morauiam, aut terras Grano et Moraua fluminibus interceptas incoluissent? At cum idem author Orientalium Slauorum legationes describit, qui scilicet in Illyrico et Maesia, Daciaque degebant, haudquaquam Morauorum commemoratione superfedit: sic enim ad an. 822. loquitur „ in quo conuen- „ tu (Podrabrumensi) omnium orientalium „ Slauorum, hoc est Abotritorum, Sorabo- „ rum, Vilforum, Bohemanorum, Maruano- „ rum, Praedecentorum, et in Pannonia re- „ fidentium Auarum legationes cum mune- „ ribus ad se missis exceptit „ vt adeo dubio sit procul nomen Marahensium ex Maesia in Daciam, inde per terras Iazigum Metanastarum ad oras Nitrienses, atque vltra Morauiam ad hodiernae Bohemiae limites prolatum fuisse. Contrahamus enim omnia in pugnium. Primo Arnulfus imperator Suentibaldo Marahensium Regi ducatum Bohemiae possidendum concessit. Prius igitur Suentibaldus Rex fuit Morauiae, quam dux Bohemiae. Deinde: Bohemia ea tempestate ad Granum Hungariae fluuium pertinebat: a totius huius Bohemiae possessione exclusus quidem

dem fuit Suentibaldus: attamen partes a Grano ad fines vsque hodiernos Bohemiae tum armis, tum Arnulfi confirmatione in suam redegit potestatem. Itaque regnum eius primitus extra has terras, hoc est in Iazigia, Dacia, Maesia, Pannoniaque fletit, quod caeteroquin innumeris coaeuorum testium monumentis firmauimus. Denique antequam Suintoplugus ditiones suas vltra Granum ad oras Nitrenses et Morauiam hodiernam protulisset, omnes illae terrae apud coaeuos scriptores Bohemiae, nunquam Moraviae nomine insigniebantur. Hoc proinde nomen primus eis victor intulit Suentibaldus, et, quod consequitur, id nomen alibi natum, nempe in Maesia. Et uero fluuium, Graecis Morabum; nobis Morauam dictum, in Moesia extitisse testatius est, quam ut multis sit docendum. Meminerunt eius ex Graecis Niceas Choniates, (a) et Chalcondylas: (b) ex Latinis Lucius. (c) Praeter fluuium Morabum, arx quoque cognominis in ea regione, aut vicina exurgebat. Cedrenus (d) testis

H 4

est

(a) P. 278.

(b) P. 219.

(c) De reg. Dal. et Cro. p. 52. edit. Vien.

(d) T. II. 745.

est locuples, cum ita loquitur: *Petrus Bulgarus cognomento Deleanus — profugus ex urbe (C. P.) Bulgariam peruagando usque ad Morabum et Belegrados peruenit, quae sunt castella Pannoniae. Nec arx tantummodo, sed vrbs quoque eius nominis in Bulgarorum et Vngarorum confiniis stabat. Etenim Schaffnaburgensis ad annum 1059. memorat*
„ Henricum IV. imperatorem celebraſſe natalem
„ domini in ciuitate Morouua in confinio ſita
„ Hungarorum et Bulgarorum. „ Itaque aquae,
arces, vrbes a Morauis nomen mutuatae,
ſi caetera deeſſent argumenta, ſatis ſuperque
loquerentur, Morauorum potentiam intra
Pannoniam inferiorem, et intra Maesiam flo-
ruiffe. Nec incunabula nominis Morauici
alibi, quam ibi deſigenda. Ab illis enim
Morauis, vt iam omnia complectar, expeti
ti ſunt apoſtoli Cyrillus et Methodius. Hos
Morauos hi fidei doctores a Bulgaris primos
Chriſto initiarunt. Ibi Ratiſlaus Morauiae
princeps in ſubiectas ſibi terras ius, domi-
niumque exercebat: ibi Patauienſes, Lauria-
cenſes; Salisburgenſesque praefules ſacram
obtinebant prouinciam; et cum iuriſdictione
ſua Morauiam complecterentur, et iuriſdictione
eorum ex parte ſeptemtrionali Danubio termi-
 nara-

naretur, nec septem episcopia Pannoniis et Maesiis inclusa excederet, ibi veterem Morauiam stetisse luce clarius nos edocuerunt. Quare, qua se se Morauia vetus exporrexerit, nullus amplius est dubio locus: Sed nec vbi locorum suum Morauia participauerit nomen, ambigendum. Id maioris indaginis, vnde nominis origo? si a fluuio, quod videri Suidae paulo ante dixi, licet per me quidem, modo a fluuio Bulgariae Moraua. Ibi enim longe prius, quam sermone vsurpanti cepisset Morauorum nomen, Slauicae gentes coluere, a quibus nomen Slauiicum Morauae ad fluuium, a fluuio ad superuenientem populum transdi ex facili potuit. Nam Moraua quidem Hungariam a Morauia discriminans non potuit prius hoc insigniri nomine, quam Moraua ad istas oras imperium suum protulissent, quod primum aevo Suetoplugi effectum fuisse docui. Placet etiam quibusdam (a) a signo militari *Marha*, quod in hostem inuecti vetustissimi partium transdanubianarum populi ingeminabant (b) *Marahanenses* deriuare. Sit vtcunque; mihi

H 5

iuxta

(a) Vide Gelasii Dobner prodromum p. 85.

(b) Ammian. Marcelli. L. 19.

iuxta est. Quippe qui nihil aliud, quam veteris Moraviae limites inuestigandos hoc libro habui, quos quidem in Sirmiensibus, vicinisque oris nec leuibus, nec paucis argumentis difixi. Atque haec est illa Moravia, quam Hungari primum ingressi armis in ius suum transtulere; id quod libro sequente vberiore luce donabimus.



LIBER II.

DE

PRIMO HVNGARORVM IN
MAGNAM MORAVIAM
INGRESSV

CAPVT I.

I.

Situm, et latissimis septem terminis magnae Moraviae molem, et formidandam finitimis eius potentiam fuisse, nemo est, credo equidem, quin ex his, quae diximus, per facile cognoscat. Nec enim poterat non robusta esse manus tot populorum in vnam ciuitatem coeuntium: et Arnulfus imperator, regi Morauorum bellum obmoturus, nec tanto

tanto apparatu, nec tot vicinarum gentium auxilio opus habiturus erat, nisi, vt Porphirogenita testatur, metuendus omnibus finitimis populis fuisset supremus Marahensium rector Suentibaldus. Vt adeo ingenti semper admiratione celebranda sit Hungarorum militaris gloria, qui, quanquam accisi viribus a Pacinacitis: nil tamen integra Suentibaldi potentia moti arma ditionibus eius inferendo eo maius nomini suo parauere decus, quo validiorem vicere hostem.

II. At quamuis armorum suorum claritudine orbem terrarum ea tempestate Hungari impleuerint: tamen aequalium domesticorum scriptorum penuria, et posteriorum quorundam aut ignoratione temporum, aut fingendi libidine, pleraque aut in occulto abdita mansere: aut ab Hunnis Auaribusque ad Hungaros male sunt detorta, aut demum densis fabellarum integumentis circumtegebantur, quasi fictae fabulosaeque laudes recte et non cum discrimine verarum apponerentur in loco laudum eius gentis, quae proprio, eoque solido nominis fulgore conspicua ex eo inde tempore, quo primum Europae infusa est, sua se per ingenia facta clarauit. „ Si
 „ per

„ per adulationes et vanitates explenda est
 „ narratio, audebo dicere, pereat historia. „
 (a) Sed nec video, quid opus sit adsciticiis
 laudibus, vbi verae propriaeque, et copio-
 sae, ac solidae abundant. Mihi historiae pa-
 triae eius temporis, quod scribere aggredior,
 ingenium suppeditanti, ne quid ex fabellis
 traherem, annales vicinarum nobis gentium
 in subsidium vocandi erant. Cum his, vici-
 nis, inquam, Russis, Graecis, Italis, Maraha-
 nis, Bohemis, et omnibus fere Germanica-
 rum gentium populis multa Hungaris et bel-
 la, et subinde saedera intercessere. Ex eo-
 rum proinde annalibus, parce alioquin de
 Hungaris, vt de hoste fieri solet, comme-
 morantibus tanquam ex manubiis Hungari-
 carum victoriarum et initia, et progressiones
 colligendae.

III. Sed antequam huius rei initium fa-
 ciam, et, qua primum via Hungari magnae
 Moraviae fines ingressi sint, cura comple-
 ctar, trahit me ab incepto longius Anony-
 mus Belae regis notarius, qui, cum vetu-
 stissi-

(a) Lipsius in quaesti. Epist. l. 5. ep. 11.

stiffimorum patriae scriptorum censum subeat, et Vngarorum primas sedes in Vngensi terrarum tractu figat, contrahat externis scriptoribus omnibus, et multis domesticis alia omnia narrantibus. Eius quidem auctoritatem celeberrimus annalium patriae conditor (a) multis profligatum ibat: sed contra Cl. Katona (b) conquistis vndique subsidiis eandem fulcire omni vi connixus est. Quae fertilissimi hi omnium doctrinarum viri de aetate Anonymi notarii, de conditione, de characterere scribendi occuparunt, a me intacta relinquentur. De eius in historiis auctoritate aestimandum erit ex sola narratione, in qua mihi quidem nimis quam multa superare videntur, quae omnibus coaeuis monumentis iuxta et sibi pugnancia omnem Anonymi historiae fidem demunt.

IV. Nam, vt nihil dicam, quod a primo Hungarorum ad has oras ingressu magna temporum longinquitate reiectus: quod non tam veri studio, quam Phrygii Daretis exemplo

(a) In Suppl. ad annal. Veteres Hunorum etc. Dissertat. 4ta.

(b) Prolegomenon ex hist. liter. §. II. et per totum primum tomulum.

plo (a) fortia septem Hungariae ducum facta in vnum volumen conferta ad preces amici sui luci publicae dederit: quod eapropter more poetarum sincera quaedam Hungarorum gesta eunctis ad arbitrium circumstantiis velauerit: quod, tanquam paulo religiosior veteribus poetis sub tutela deorum heroes suos collocantibus, Almo duci Spiritum sanctum conductorem attribuerit; vt, inquam, haec, et multa alia silentio transmittam, solum eius narrationem cum coaeuis monumentis, et secum ipsa contendam, vt hac inexpugnabili pugna expugnatus a se ipso anonymus ipse semet et fide, et omni in historiis authoritate exuat. Sed iam propius ad rem,

Narrat is (b) Atilam fugatis Romanis Pannonias occupasse: regiam suam sedem Budae fixisse: urbem hanc eapropter fortissimis muris circumdedisse. Mox principio narrationis suae verba nobis dedit Belae regis notarius. Etenim Atilae tempestate nec a Romanis Pannoniae auulsae; nec proinde Hunnorum imperio obnoxiae vnquam fuere. Rem
hanc

(a) In prologo.

(b) C. 1. de Scythia.

hanc maxima ex parte validissimis rationibus confecit Cl. Seuerini. (a) Nec video, quid ei insuper addi potuisset, si Pannonias demum armis Atilae non tam facile subdidisset. (b) Non equidem nescio Sirmium in Pannonia armis Atilanis solo aequatum: sed et in Italia, Gallia, Germania multa fortissimarum virgum ab Atila subuersarum cadauera prostrata iacuerunt. Num propterea omnia haec regna ab Hunnis in prouinciae formam redacta? Mihi quidem semper diuersa visa sunt haec duo: populari terram: et suae ditioni ac potestati subdere. Non etiam nescio Pannoniam Sauiam Atilae paruisse. Id Priscus rhetor Romanorum ad Atilam legatus testatur. (c) Sed idem addit, id concessu Romanorum et faedere: neutiquam armis confectum. Atque de hac Pannonia intelligendum cum aut Iornandes e Dacia et Pannonia in
Ala-

(a) In Pannonia veterum monumentis illustrata L. 5. c. 1. et seq.

(b) L. c. C. 11.

(c) Except. legat. p. 43. haec habet: Edecon vir Scythia, qui maximas res in bello gesserat, venit iterum legatus cum Orete (ad Theodosium II.) Hic genere Romanus, Poeniam regionem ad Sauum sitam incolebat, quae ex faedere inuito eum Aetio Romanorum occidentalium duce barbaro (Atilae) parebat.

Alanos educit: aut Paulus Diaconus Atilam in Pannoniam bellis confectis reuerfum scribit.

VI. Aliae enim Pannoniae ab armis Atilae intactae, ab imperio remotae, a iugo immunes semper extiterunt. Paulus certe Diaconus, qui pluribus locis Atilae meminit: quique distinctim recenset, quemadmodum Romani Britanniis exciderint, non subciturus erat de Pannoniis amissis, tot locis id postulantibus, si reipsa a Romanis abstractae fuissent. Contrarium e Paulo Diacono elicias, qui dum Atilam fortissimis gentibus Gepidis et Gothis imperasse scribit, (d) eius regnum per Gothorum et Gepidarum ditiones quidem protendit, at a Pannoniis excludit. Deinde rei huic summo testimonio est Eugippius (b) author prope coaeuus in vita S. Seuerini, qui mox a fatis supremis Atilae, vt ipse scribit, ad Danubii ripas ex oriente venerat.

Me-

(a) L. 15. Rex Hunnorum Atila — ad occidentale moliendum animum intendit imperium. Erant siquidem subiecti eius dominio rex ille Gepidarum famosissimus Ardaricus. Valamir etiam Gothorum rex. „ At horum regna a Pannoniis se iuncta erant.

(b) Extat apud Surium, Bolland, et Hier. Pertzium T. I.

Memorat autem Pannoniam superiorem intactam fuisse a barbaris: loca eius frequentata cultoribus: praesidia sua hic habuisse Romanos: duplex S. Seuerini stetisse monasterium: ipsum autem S. Seuerinum, ex calculo Bollandi anno 482. adeoque annis triginta post Atilam vita functum vastationem harum terrarum his verbis praedixisse „ *Haec loca nunc frequentata cultoribus in tam vastissimam solitudinem redigentur, ut hostes aestimaturi se aurum copiam reperturos, etiam mortuorum sepulturas effossuri sint.* Haec omnia post mortem Seuerini euentu completa: nam cum miles praesidiorum et limitum custos publicis Quiritium stipendiis aleretur, et haec stipendia turbatis Italiae rebus militi subtraherentur: militares turmas limitaneasque cohortes dilapsas: praesidia deserta: subinde immani Auarorum populatione haec omnia exinanita. Quae cum ita sint: non fugauit Romanos Atila ex Pannonia; alioquin illo omnia funditus ruente culta haec loca, et hominum frequentia celebrata esse non poterant.

VII. Accedit: quod quamuis Hunni grandinis instar effusi a Maeotide pallude omnia vincendo peragrauerint: Italiam, Galliam, Ger-

Germaniam incendiis, populationibus, tributis vastam fecerint, et exinanierint: tamen regnorum suorum limites Danubio et Dacia solis concluserunt. *Haec*, inquit Iornandes, (a) *sedes erant Atilae regis Barbariam totam tenentis* „ At Romanis eo tempore nomine Barbariae veniebant solae terrae trans Istrum reiectae: non item Pannonicae. Et vero Hunni non nisi Gothorum Gepidarumque regna plagasque Scythicas occuparunt. Id docet Iornandes (b) quum scribit. „ *Praecipuus Hunnorum rex Atila fortissimarum gentium dominus, qui inaudita ante se potentia solus Scythica et Germanica regna possedit.* Germanica haec regna non, ut ex historiis notum est, hodiernae Germaniae ditiones, quarum frontem Marcomaniam vocat Tacitus: quis enim unquam ibi Hunnos collocavit? sed Gothorum et Gepidarum erant. Haec porro, Gothorum nempe, Gepidarumque regna, Daciarum limitibus ita circumscribebantur, ut nusquam in Pannoniam procurrerent. Con-

(a) De reb. Get. p. 471.

(b) I. c. p. 479.

fessa sunt haec ex Iornande. „ (a) Nam Gepi-
 „ dae, ait is, *Hunorum* sibi *sedes* viribus vin-
 „ dicantes *totius Daciae fines* velut victores po-
 „ titi, nihil aliud a Romano imperio nisi pa-
 „ cem, et annua stipendia vt strenui viri amica
 „ pactione postulauere: Gothi vero cernen-
 „ tes *Gepidas Hunorum sibi sedes* defendere,
 „ Hunorumque populum suas antiquas sedes
 „ occupare, maluerunt a Romano regno ter-
 „ ras petere, quam cum discrimine suo inua-
 „ dere alienas, accipientes Pannoniam. „
 Quid his clarius, explicatiusque esse potest?
 Id enim victores Hunorum Gepidae post
 Atilae interitum occuparunt, quod Hunni
 antea possederunt: occuparunt porro solam
 Daciam; Gothi vero cernentes Gepidas Hun-
 norum ditionibus iura latissime dare, cum
 hinc iam excluderentur, ad Romanos con-
 fugiunt: ab his terras colendas petunt: Pan-
 noniam, scilicet inferiorem, obtinent. Cur
 Gothi a Romanis Pannoniam accipiunt, si
 haec Hunorum antea fuit ditio? Nonne
 Hunnis triumphatis eorum regna victoribus
 cessere? Quodsi ius armis victricibus partum
 in Daciae possessionem Gepidas immisit, idem
 ius


(a) De reb. Get. c. 50.

ius Gothos in Pannoniam immittere non potuisset? Aut poterant Romani Gothicis regionem habitandam concedere, quam sua subdicatione non tenebant? Itaque iam in limine operis sui prolapsus est Anonymus, quum Pannonias Romanis fugatis ab Atila occupatas scripsit.

VIII. Alterum, quod Anonymus notarius de regia Atilae Budensi scribit, repugnat Prisco rhetori, Romanorum ad Atilam legato, testi et coeuvato et oculato. Hic (a) „transmisso, inquit, Istro quindecim fere stadiorum itinere cum Barbaris emenso in campo quodam subsistere coacti sumus, dum Edecon Atilam nostri aduentus certiolem faceret „Cum autem Istro Pannoniae terminarentur, et is Romanorum legatis, vt duces Hunnorum adire possent, superandus fuerit; cumque lapides, quibus Onegesus haud procul ab aula Atilae balneum extruendum curavit, ex Pannonia aduectos fuisse diserte idem Priscus adfirmet, palam est regiam Atilae extra Pannoniam stetisse; proinde in Dacia, vbi eam Cl. Praius (b) Priscum presse in vestigiis

(a) In excerpt. legat. p. 33.

(b) In annal. Veter. Hunnorum. pag. 130.



secutus collocat. In quo Anonymum cum Prisco rhetore teste oculato pugnare quis non videt? At enim „ quod Anonymus Atilae regiam hoc loco constituat, Prisco rhetori profus non aduersatur: nam et ille plures Atilam aedes habuisse, quas pro ratione temporum, et itinerum incoluerit, aperte docet, cum de principe regia sic loquitur: Hic erant Atilae aedes, quae reliquis omnibus vbicunque locorum eminentiores et praestantiores esse ferebantur. „ Haec Cl. Katona (a) Imo vero profus aduersantur. Priscus principem Atilae regiam extra Pannoniam; Anonymus principem eiusdem regis aedem in Pannonia collocat. Quid? Haec non penitus aduersantur? Accedit et illud, quod Priscus nequaquam dicat Atilae aedes in Dacia fitas cunctis *Atilanis* aedibus, sed generatim cunctis, quorumuis demum hominum, aedibus eminentiores fuisse: quod si etiam primum diceret, dissentit nihilominus ab illo notarius Belae, qui Budensem Atilae regiam sic extollit, (b) vt tacite principem fuisse confiteatur. Solam enim hanc nouit; solam hanc nominat:

(a) Hist. Critic. primor. Hung. Duc. p. 192.
 (b) C. 46.

nat: solam hanc verbis magnificis exornat: principem itaque facit: ac proinde dissentit Prisco, qui licet plures Atilae aedes commemorasse detur, nullas tamen ex omnibus Pannoniae attribuit. Et sane quomodo illic Atila regiam educere potuit, vbi nihil terrarum potestate sua comprehendit? Dicebatur is titulo ad ostentationem nominis insigni Hunnorum, Gothorum, et Ostrogothorum Rex, cur non et Pannonum, si hos iuxta cum Gothis iugo pressit? An Pannoniae regis, aut adminus victoris titulus, quo gloriabatur Augustus, tumebat Tiberius, nihil ad gloriam nominis Atilae contulisset? Ex his, quid de muris Budae ab Atila circumdatis sentiendum? ex procliui coniicias. Sed supersunt praeterea vetusta quaedam monumenta, quae id falso ab Anonymo consignatum euincunt. Nam Budae veteri Aquincum vetus Pannoniae oppidum, et Romanorum coloniam, praesidiumque respondere ostendit Cl. Schönvizner. (a) Hoc praesidium munimentis muros septum longe ante aetatem Atilae nemo, opinor, neget.

I 4

CA-

(a) V. Commenta. in Romanorum per Pannoniam iter P. I. p. 85. etc.

C A P V T II.

*Expenduntur Anonymi narrationes de egressu
Hungarorum ex Asia.*

I.

Haec, quae hucusque attulimus, cum ad Hunnos pertineant, et longissimis temporum spatiis fuerint disiuncta ab Anonymo, si eum fugere, quid mirum? Reliquum est, ut ea, quae de Hungaris narrat, indagini subiiciamus. Haec autem habet „ (a) Tunc „ ipsi VII. principales personae communi et „ vero consilio intellexerunt, quod inceptum „ iter perficere non possent, nisi ducem et „ praeceptorem super se habeant, ergo libera voluntate et communi consensu VII. virorum elegerunt sibi ducem et praeceptorem „ in filios filiorum suorum vsque ad ultimam „ generationem Almun filium Vgeg. „ Ut qualia haec sint, videamus; audiamus prius Constantinum Porphyrogenitam, Scriptorem Augustum, rebusque, quas narrat, loco, et
aetate

(a) C. 5.

aetate longe proximior, qui haec habet „
 „ (a) Turcorum gens olim prope Chaza-
 „ riam habitabat in loco, cui cognomen Le-
 „ bedias, a primo ipsorum boebodo, qui no-
 „ mine quidem Lebedias appellabatur: di-
 „ gnitate vero, quemadmodum reliqui eius
 „ successores, boebodus vocabatur. — —
 „ Erantque gentes eorum septem, et prin-
 „ cipem vel indigenam, vel alienigenam ha-
 „ buerunt nunquam, sed erant inter ipsos
 „ boebodi quidam, quorum primus is, cuius
 „ supra mentionem fecimus, Lebedias. — —
 „ Caganus Chazariae princeps per legatos
 „ petiit a Turcis, vt ad se Chelandiam mit-
 „ tant primum eorum boebodum. Itaque ad
 „ Caganum Chazariae profectus Lebedias in-
 „ terrogauit, quae vocandi ipsius causa esset?
 „ Cui Caganus: ideo se eum vocasse, vt,
 „ quandoquidem nobilis, prudens, strenuus,
 „ primusque Turcorum esset, gentis suae
 „ principem faceret eo pacto, vt sibi subes-
 „ set. At ille respondit: affectum tuum er-
 „ ga me et voluntatem exosculor, gratias-
 „ que dignas ago. Quando vero tali princi-
 „ patui non sufficio, parere non possum. Sed

I 5 est

(a) De administr. imper. c. 38.

„ est alter a me boebodus Salmutzes nomi-
 „ ne, qui et filium habet Arpadum nuncu-
 „ patum. Horum siue ipse Salmutzes, siue
 „ filius eius Arpades princeps fiat, tibi que
 „ subiciatur. Placuit itaque haec oratio Ca-
 „ gano, virosque cum ipso ad Turcas misit;
 „ qui vbi cum iis sermonem communicassent,
 „ visum potius eis fuit, Arpadem principem
 „ constituere, quam patrem Salmutzem, vt-
 „ pote digniorem, et prudentia, consilio,
 „ et fortitudine insignem, talique principa-
 „ tui parem; quem etiam sollemni Chaza-
 „ rorum more ac consuetudine in scuto ere-
 „ ctum principem fecerunt. Et ante hunc
 „ Arpadem Turcae principem alium nullum
 „ vnquam habuerunt; ex cuius etiam poste-
 „ ris ad hunc vsque diem princeps Turciae
 „ constituitur,

II. Contendamus iam inuicem hos duos
 scriptores. Anonymus Arpadem filium Al-
 mi; Constantinus filium Salmutzis facit: Ano-
 nymus in serie Ducum primum Vgegum;
 Constantinus Lebediam ponit, a quo et re-
 gioni nomen adiungit: Anonymus Almu a
 septem Hungarorum ducibus, et quidem libe-
 ra voluntate principis honore ornatum; Con-
 stan-

martinus primum hoc honore ex Hungaris cum-
 mulatum Arpadem a Cagano Chazarorum ea
 lege, vt ipsi subesset, narrat; additque apud
 Hungaros neminem alium ante Arpadem prin-
 cipis titulos, et ornamenta sustinuisse; qui-
 bus verbis Almus ex serie supremorum Hun-
 gariae ducum expungit. Cl. Katona vt inex-
 plicabilem hunc nodum solueret, statuit (a)
 Arpadem, primum solemniter ritu Chazarorum
 inauguratum, mox omnia supremi principis
 munia obiuisse: duces praecipuos diuersis
 expeditionibus praefecisse: illis terras arbitra-
 tu suo distribuisse: Almus autem Arpadis de-
 cessorem adeo manca praeditum fuisse pote-
 state, vt par sepe reliquis ducibus videretur;
 proinde merito Arpadem excluso Almo pri-
 mum nominari ducem: quae si verissima essent;
 nihilominus Anonymi cum Constantino pu-
 gnas minime tollerent. Ille enim Arpadum
 Hungaris a patre, hic a Cagano Chazarorum;
 ille ex consilio suorum; hic e consilio Cha-
 zarorum: ille in Hungaria; hic in Lebedia
 datum afferit. Caeterum Almi potestas ex
 mente Anonymi nequaquam manca fuisse cen-
 senda est. Nam primo fuit aequalis Arpadi.

(a)

(a) L. c. p. 132.

(a) Nihil enim plus, quam quod habuit, transdidit pater filio: nec ab Vngaris quidquam noui fuit Arpadi adiectum. Deinde nihil augustius aeuo illo, maiusque potuit esse ea solennitate, qua Hungari Almo se subiiciunt. Dicunt enim: „ ex hodierno die te nos „ bis ducem et *PRAECEPTOREM* eligimus, „ et quo fortuna tua te duxerit, illuc te sequemur. „ Omnem itaque legum ferendarum potestatem ad Almu[m] deferunt; quo quid maius? Idque solenni iureiurando firmant. „ Tunc supradicti viri pro Almo duce more paganismo suis propriis sanguinibus in unum „ nos ratum fecerunt iuramentum. „ (b) Quo quid solennius? Quod si nihilominus Cl. Katoia contendit solenniore quodam ritu Arpadem inauguratum, quam Almu[m], idque e Constantino id eiu[m]ctum, ostendit profecto ipse hoc quoque loco duos hos scriptores pugnare. Quid iam dicam de isto iuramento. „ *Vt si quis de posteris ducis Almi iuramentum* „ in-

(a) Anonym. C. 13. Quarto autem die inito consilio et accepto iuramento omnium suorum dux Almu[m] ipso viuentem filium suum Arpadem Ducem et praecceptorem constituit, et vocatus est Arpad Dux Hungariae.

(b) C. 5.

„ *infringere voluerit, anathemati subiaceat in
 „ perpetuum?* „ Quid, quaeso, haec iuramenti
 conditio notat? eane viris a Romana et
 religione et consuetudine alienis non prorsus
 incongrua? non proinde inter figmenta reii-
 cienda?

III. Sed ad narrationes Anonymi reuer-
 tamur. Prosequitur is Almu cum omnibus
 suis, exantlato multorum dierum itinere, ad
 terram Rusciae Susadal dictam pertigisse: huic
 iugum; Kiouiae autem obsidionem minitatum:
 trepidationem inde tota regione apud duces
 coortam, eo maxime, quod nossent Almu
 stirpe Atilae satum, qui grauissimo iam ma-
 iores eorum onerarit tributo: At Kiouiae
 ducem, quanquam iuxta timoris plenum, red-
 integratis nihilominus animis, et post ini-
 tum cum suis consilium accitis in auxilium
 septem Cumanorum ducibus pugnam adue-
 nae hosti obtulisse: ducem vero Almu, *cu-
 ius adiutor esset Spiritus Sanctus*, postquam
 suorum virtutem verbis accendisset, manus
 cum Russis felicissimo Marte conseruisse, eo-
 que victoriae fructus produxisse, vt ipsi Kiou-
 uiae scalas prius, quam arietes admouerit:
 ancipitem inde metu Kiouiam: duces Ruthe-

norum non minus, quam Cumanorum in tanto
 discrimine moerore, simul et metu de summa
 rerum captos: Legatione demum adornata
 pacem compositam ea conditione; vt dux
 Kiouiensis, et Susdaliensis obfides filios da-
 rent, ad haec M. equos. XL. Camelos, et
 multam pretiosam supellectilem, aliaque in-
 numera dona, et decem millia marcarum an-
 nuatim penderent. Alnum tam copiosa prae-
 da opulentum clementia sua id insuper obti-
 nuisse, vt septem duces Cumanorum vltro ei
 se subdiderint, desertisque patriae sedibus co-
 mites viae, omniumque fatorum se se adiun-
 xerint: Iamque omnia ad solum Almi nomen
 per omnes Russiae fines percussa haesisse,
 cum is exercitum suum multis Cumanorum
 millibus auctum Lodomeriae et Galliciae ci-
 uitatum finibus cum ingenti incolarum trepi-
 datione infudit: ducem proinde Galliciae ne-
 cessitate constrictum nudipedem Almo occur-
 risse: vnicum filium suum cum caeteris filiis
 primorum obfidem; insuper decem farisios,
 tercentos equos, tria millia marcarum argen-
 ti, et vestes nobilissimas duci Almo perae-
 que, ac eius militibus muneri dedisse: du-
 cem Lodomeriensem insuper duo millia *mar-*
carum argenti, centum *marcas* auri cocti,
 tercen-

tercentos equos, XXV. Camelos, M. boues
 adiecisse: atque sic Almu in comitatu quin-
 que millium virorum per filuam Hovos con-
 filio ducum Ruffiae transiiffe. (a) Vt has
 Anonymi narrationes alioquin non aptiffime
 cohaerentes firmaret Cl. Katona, vsum se fa-
 tetur ea regula, quam ex verbis Cl. Praii
 „ decerpfit. Verba eius funt: „ (b) Ad fir-
 „ mandam Anonymi fidem vtar ea clariffimi
 „ fcriptoris regula, quam his ipfe verbis
 „ proponit: vt patriis annalibus, dum con-
 „ traria veteribus et aetati Hungarorum aut
 „ coaeuis aut fupparibus fcriptoribus nar-
 „ rant, non facile defero; ita dum ifti fi-
 „ lentio praetereunt ea, quae domestici nar-
 „ ratione complectuntur, fi caeteroquin cum
 „ antiquorum annalibus conciliari poffunt,
 „ non video, cur horum authoritas in alio-
 „ rum filentio non valeat. „ Haec eft regu-
 la, qua vir eruditione multiplici clariffimus
 notarii Belae narrationes, nullius prorfum
 alterius domestici, exteriue testis authorita-
 te roboratas a veritate non latum vnguem
 defciscere conficit. Proinde, cum regulae
 huius

(a) Haec omnia vide in Anonymo C. 8. 9.
 10. 11. 12.

(b) Hift. ducum. p. 74.

huius ope, quam domesticorum scriptorum sententiae vero consonent, recte exploretur; mihi quoque ad conuellendas Anonymi narrationes, pugnasque cum Russis pugnatas eadem uti visum: sed ne quid de verbis Cl. Praii demisisse videar, totum eius locum adferam, (a) qui sic habet: „ Cum Timone
 „ — — nolim de numero, et ducum no-
 „ minibus multum tricari: ut enim patriis an-
 „ nalibus, dum contraria veteribus, et aeta-
 „ ti Hungarorum aut coaeuis aut suppari-
 „ bus scriptoribus narrant, non facile defero;
 „ ita, dum isti silentio praetereunt ea, quae
 „ domestici narratione complectuntur, si
 „ caeteroquin cum antiquorum annalibus con-
 „ ciliari possunt, non video, cur horum
 „ authoritas in aliorum silentio non valeat:
 „ praesertim quod Porphirogenita videatur
 „ patriis scriptoribus utcunque consentire,
 „ dum secundum diuersa flumina Hungaro-
 „ rum tribus, quibus sui boebodi, siue du-
 „ ces erant, sedes collocasse memoriae pro-
 „ didit. „ Hoc loco Cl. scriptor Timonis se-
 ptem Hungariae ducum nomina recitantis au-
 thoritatem recipit ea de causa, quod haec
 septem

(a) Annal. Vet. Hung. p. 342.

septem ducum nomina alii quoque domestici scriptores sua narratione comprehendunt, et ex exteris vetustissimus scriptor Constantinus utcumque consentit. Quibus ex verbis hanc statuo regulam: standum est auctoritate scriptoris domestici, quum ea narrat, quae alii quoque domestici scriptores referunt, et vetustis, ac aetati Hungarorum aut coaevis aut supparibus scriptoribus contraria non adferunt; et caeteroquin cum antiquorum annalibus conciliari possunt. Hanc ex verbis celeberrimi scriptoris regulam desumo: ad hanc Anonymi narrationem exigere placet. Ordiamur. Et primo quidem fertne hic scriptor talia, quae alii quoque patriae scriptores vetusti memoriae prodiderunt? Imo vero alia omnia. Fert enim ea, quae alii domestici rebus etiam ita ferentibus non commemorarunt; exteri vero prorsus ignorarunt. Nam primo Turocius, (a) cum Hungarorum in Pannoniam aduentum narrando attigisset, subdit, „ Transerunt igitur per regnum Bessorum, alborum Cumanorum, Susdaliam, et ciuitatem Kio nominatam, deinde transierunt Alpes in quandam prouinciam, vbi

(a) Chronicorum P. II. c. 1.

vbi viderunt aquilas innumerabiles, et ibi propter aquilas easdem manere non potuerunt. — Volebat enim Deus, vt citius descenderent in Pannoniam. — Tandem deuenerunt in confinium regni Pannoniae ad terram, quae nunc Erdel vocitatur. „ Nihil hic de his, quae Belae notarius verbose praelicet. Deinde Porphirogenita rei gestae vicinus et rerum Hungaricarum id temporis solertissimus scriptor nihil de hac re memoriae posterorum consignauit: quin et Almi nomen ignorauit: et diuersa longe, vt vidimus, via Hungaros in Pannoniam induxit. Denique Nestor vetustissimus rerum Russicarum scriptor, quamquam Hungaros Kiouiam praetergressos referat, et suae gentis clades, et virtutem Hungarorum in loco reddat, nihil tamen nec de pugna cum Kiouiensibus conferta, nec de clade monumentis prodidit.

IV. Scio auctoritatem Nestoris multis eleuari, et hunc Russicae historiae patrem tanquam verbum Russicae potentiae praedictorem describi a Cl. Katona (a) ea maxime de causa, quod expeditionis naualis, quam
 Russi

(a) Histor. Crit. T. I. p. 75. n. 41.

Ruffi sub Olego Igoris tutore aduersum Graecos suscepisse leguntur, nulla apud Graecos extet memoria: et expeditionum Rufficarum in Graecis historiis consignatarum nec annus nec numerus nauium cum Rufficis Nestoris analibus congruat. Quo quidem loco ipse Cl. scriptor historiae criticae proprio se iugulauit gladio. Nam si verum est scriptoris domestici auctoritatem valere in silentio exterorum, quam regulam, tanquam Delphicum oraculum, irretorte semper respectat Cl. Katona, quoties de Anonymi fide suspicio oboritur: verum etiam erit Nestoris in rebus Rufficis domestici scriptoris auctoritatem valere in silentio exterorum: vere igitur Olegi expeditiones in Graecos susceptae, etsi ab his silentio praetermittantur: si id falsum est: palam est fallere regulam a Cl. Katona assumptam, qua fallente falsa sint, oportet, illa, quae tacentibus omnibus coeuis et superparibus scriptoribus Anonymus aevi longe posterior, chartis suis concredidit. Caeterum iniuria est Nestori comparari cum Anonymo Belae notario: sed cum hanc ianuam iam ingressus sim, insistam porro. Quas Nestor Olego laudes tribuit, quaeque de adornata ab eo in Russos classe pandit, in eo consen-

tientes habet alios quoque rerum Rufficarum scriptores: (a) contra, quae Anonymus de Rufforum terris triumphatis et tributorum magnitudine prorsum exinanitis recenset: ea alium tacent Hungarici quoque vetustiores scriptores, quibus iuxta atque Anonymo iidem et poterant, et debebant patere fontes. Expendamus supra allatum Turocii locum. Non res, non ordo, non locus ipse postulauit, ut ingentem illam copiam auri e Russia victa collectam, et ditia principum dona, quibus libertatem suam mercati sunt ab Vngaris victoribus omnes passim Ruffiae duces; si haec vera sunt, hi annales quoque commemorent, et celebrent? Tacent nihilominus, quin Anonymo notario contrarii non Munkacsini, sed in Transilvania primas Hungarorum sedes defigunt. Retexamus iam omne huius narrationis filum: redeamus ad caput: ad locum, inquam, annualium Cl. Praii, ex quo Cl. Katona suam; ego meam regulam deprompsimus. Censet ibi Cl. Praius in Timonis sententiam de primis septem Hungariae ducibus discedendum, quia

(a) Nomina eorum et catalogum vide apud Christianam Hassle p. 262. in notis sub n. 37. et alibi passim per totum regiminis Olegi tempus.

quia id alii quoque vetusti patriae scriptores
narrant. Quid? non inde recta fluit Nestori
quoque in rebus Russicis subscribendum, in
quibus consensus aliorum domesticorum scri-
ptorum pro eo pugnat: e contra notario Be-
lae ea in auras efferenti, a quibus ipse re-
motissimus nec anteriorem vllum, nec tardio-
rem aevi scriptorem testem habet, omnem
prorsum fidem abrogandam? Adde, quod ex-
peditionem Russorum naualem in Graecos sus-
ceptam, de qua Nestor, non solum vnanimi
consensu annales Russici celebrant; sed Grae-
ci quoque, in quos suscepta est, innuunt,
vt non diffitetur Cl. Katona, (a) licet in
anno expeditionis, et in numero nauium mi-
nime conueniant. Quo loco rursus stabili-
tur auctoritas Nestoris ea de Graecis referentis,
quae Graeci ipsi, posthabito gentis suae oppro-
brii, victi veritate memoriae posterorum pro-
didere: at vbi vel facula, vel tenuissima ri-
ma in omnibus Russicis annalibus, per quam
clades ab Anonymo relatae vel minimum pro-
micent? Nam discrepantia annorum, aut na-
uium numeri quid tandem Nestori officit? si
enim quique clarissimi eiusdem patriae scri-
ptores in annis rei gestae, etsi caeteroquin

K 3

infi-

(a) L. c. p. 78.

insignis, dissentiunt, quin ea propter sua annalibus eorum non constet fides; quid mirum a Cedreno, aut Theophane in annis diffidere Nestorem, scriptores aevo dispares, gente alienos, rationem annorum subducendorum diuersam sequentes? Iam numerus nauium alius apud Graecos, alius apud Nestorem expressus ne hilum quidem de Nestoris autoritate detrahit. Annales Hungarici (a) testantur tercenta millia Turcarum fuisse, qui Hungariam ad Mohacium perdidere: annales autem Turcici non plus quinquaginta, vel ultra haec decem milia imperatorem Turcicum sub signis suis numerasse perhibent: magna sane in numero hostium figendo scriptorum dissensio. Quid? num vnus Hungarorum est, qui cladem illam non sentiat, et propter discordes eatenus scriptores annalibus Hungaricis fidem, cladi magnitudinem et veritatem abroget? Quae cum ita sint, stat sua Nestori etiam iudice regula, ad quam prouocauimus, autoritas; eadem iudice oppositus Nestori ruat Anonymus, est necesse. Tenemus etiam ex his non esse standum autoritate vnus scriptoris domestici in silentio exterorum, nisi

(a) Prai anal. par. 5. pag. 109.

nisi alii quoque domestici cum eo vtcunque concordent. Haec enim est Cl. Praii sententia. Alioquin quae figmenta a vero vnquam abibunt, praesertim si domesticus scriptor ea narrando persequatur, quae ab aetate sua remota, non patrii, non alieni testis auctoritate firmata, circumstantiis rei, temporique pugnantis sint vestita? quod Belae notario nimis quam est familiare. Id iam videamus porro.

V. Narrat is Duces Ruthenorum de Kieu et Susdal (a) filiis suis obsidibus datis foedus cum Almo icisse. Susdalia centum et amplius passuum millibus Kiouia dirimitur, in quo spatio emetiendo Hungaris magna impedimentorum mole constrictis duo facile anni effluxere. (b) Quaero iam; dux Susdaliae ad demendum Kiouiae Hungaricum iugum peruolauitne hoc tantum spatium ante obsidionem Kiouiae, an cingentibus iam urbem Russiae primariam Hungaris? Si primum: qui poterat vias omnes biennio tenentibus Hungaris?

K 4

ris?

(a) C. 10. Tunc, inquit, duces Ruthenorum scilicet de Kieu et Susdal, vt ne de finibus suis expellerentur, filios suos in obsides dederunt.

(b) Cl. Katona T. I. hist. Duc. p. 64. n. 35.

ris? aut qui sciebat cogendam in arctum ob-
 fisione Kiouiam ab Hungaris, quandoquidem
 hi pacifici propter Susdaliā transire? Quid?
 filiumne etiam secum adduxit, vt, quod ne-
 cessitas postulatura fuit, illico obsidem da-
 ret? Quod si dux Susdaliae, vrgente iam
 Hungarorum phalange Kiouiam, duci gentili
 auxilium laturus ibat: qui poterat hoc tan-
 tum spatium tanta pernicitate cum graui ar-
 mis exercitu peruolare? Quomodo medias
 Hungarorum acies perrumpere: et vires suas
 Kiouiensibus sociare? Quodsi nihilominus
 perruptis Hungarorum castris sociauit, isne
 paulo post virtutis suae oblitus, et iam Kio-
 uiensibus iunctus, vt se, exercitum suum, so-
 ciumque populum saluum praestaret, addu-
 ctum mira in omnes casus prouidentia filium
 obsidem dedit? Clarum est, id nullo pacto
 accidere potuisse. Accedit, quod ea tem-
 pestate nulla in Russia Susdalia, nullus dux
 Susdaliae fuerit, vt paulo infra videbimus.
 Quae porro de Kiouiae duce memorantur;
 ea ne potuisse quidem fieri ostendit iam Cl.
 Praius. (a) Quare ab iis recensendis superse-
 deo. Quod autem iam primos Kiouiae du-
 ces

(a) In supplem. ad annal. vet. p. 75.

ces Atilae tributarios fuisse afferit Belae notarius, id vereor, ne in loco figmentorum apponat, quisquis ortum (a) Kiouiae: bella Atilae: tempus, quo celeberrimus hic orbis rector floruit, fortemque filiorum et posterorum Atilae curate perpendere.

VI. Non minus a vero abhorret id, quod de Lodomeriae duce et Galliciae concenturauit Anonymus. Wlodomerus appellatam a suo nomine condidit Lodomeriam. Inde regio, eiusque rectores ducum Lodomeriae mutuarunt titulos. (b) Id longe post transitum Hungarorum contigit circiter annum Christi 987. Nec vero Russia a temporibus Rjuriki primi Russorum principis vsque ad annum Christi 971. plures, quam vnum, duces nouit. Tunc primum a Suetoslauio in tres diuisa est ducatus. (c) Wladimirus

K 5

vero

(a) Testibus annalibus Russicis prima Kiouiae fundamenta iacta sunt a viro cognomine an. Chr. 430. Anno demum 881. Olegus sedem ducum Russiae in eam transtulit. Vide Haffe. p. 148. et 255.

(b) Gebhardi Geschichte des Reichs Hungarn. und der damit verbundenen Staaten dritter Theil. p. 279.

(c) So wurde denn Ruzland seit des Großfürsten Riurik Zeiten erstemahl in drey Fürstenthü.

vero duodecim auctus filiis, simul vt munia reipublicae sociatis viribus facilius exequeretur, Ruffiam aequato cum filiis numero novis duodecim vrbibus iuxta et ducatibus auxit. (a) Inde adeo Susdalia, et Lodomeria Certe et Halicia proprios coepit venerari principes: qui quomodo Almo longe antihac rebus mortalibus exempto tributum dependere, nemo equidem explicatum dabit. (b) Illud etiam virgam meretur, quod tributum illud in MARCIS depensum dicatur. Marca pondus

thümer getheilet, wiewohl Svjätoslaw die allgemeine Oberherfchaft darüber behielt. Haffe. pag. 301.

(a) Acta haec sunt anno Christi 989. Proinde iam post transitum per Ruffiam Hungarorum. Vide annales Ruff. principis Schterbatovo apud Haffe. pag. 355.

(b) Hungaros a Wlodomiro Ruffiae principe ad feditiones turbasque domesticas componendas in auxilium accitos, et hac occasione duo regna: Lodomeriae videlicet et Galliciae, sibi vindicasse scitum est. Vide Cl. Benzur in notis compendii Geographici Beliani in Geographia Ruffiae. Hic mihi videtur esse fons, in cuius fundo veritatem latentem minus perspiciens tempora confudit Anonymus, et victorias de Lodomeria et Gallicia ad primum Hungarorum aduentum affixit, an dedita opera Poetas imitari, et veritatem figmentis alioquin pessime cohaerentibus confundere voluit?

dus est auri, argentique octo vnciis definitum. Id genus pondus Philippus primus Galliarum rex circiter annum Christi 1080. in vsum deduxit, (a) a Gallis ad alias vicinas primum, tum remotiores propagatum gentes: vt scilicet commercia cum Gallis frequentabantur. Certe apud Russos, (b) Vn-
 garos-

(a) Encyclopedie, ou Dictionnaire raisonné des sciences, des arts, et des Metiers, Tom. XXI, Marc.

(b) Griven est antiquissimum genus pecuniae apud Russos iam temporibus Olegi vsitatum. Hodie tam pecuniam, quam pondus notat. Vide ann. Nestoris edit. Lips. an. 1774. pag. 57. Non me fugit Cl. Büssingum voci *Marca* eandem, qua vox Russica *Griven* gaudet, subdere significationem. „ Das wort Griwe ist ein altes russisches Wort, und zeigt ursprünglich ein gewisses Gewicht an, das nach den Umständen der Zeit, und der abgewogenen Materie veränderlich war. Wahrscheinlicher weise hat zu Oleg und Igor Zeit dieses Wort im Gold- und Silbergewicht so viel als das deutsche Wort Mark bedeutet, und ist keine Münze gewesen. „ Büssing Magazin Th. VIII. S. 373. At enim vox Russica *Griue* non *marcam*, sed *minam* significat. Patet ex Luca, c. 19. v. 16. vbi *minae* in *feruos* diuisae Slauico vocabulo *Griven* vel alia dialecto *Hriuen* exprimuntur: et in Germanico non *Mark* sed *Pfund* dicuntur. Porro *mina* quatuor drachmis libram Romanam superabat. Vereor, vt ea aetate tot *minas* auri dare, vt *anonymus* designat, non *superauerit vires vnus* Russicae ciuitatis; Quandoquidem Romani teste *Liui*
 vix

garosque id genus pecunia, pondoue Almi aeuo inauditum. Quare quomodo id seu Vngari petere, seu Russi dare potuerint, nemo assequatur.

Sed nunquam Belae notarius sua commenta magis prodidit, quam, cum camelos cum equis a Russiae principibus muneri datos imperite finxit. Idem quippe est Camelos, quod Gryphes, iungere equis. „ Camelos, ait Plinius, (a) inter armenta pascit oriens, quorum duo genera, Bactriani et Arabici. — Odium aduersus equos gerunt naturale. „ In omnibus Russicis annalibus nullum est vestigium vllius id temporis Russorum cum Arabibus aut Bactrianis commercii. Vnde igitur haec tanta copia camelorum repente in Russia comparuit, qua via, quo pacto ex Arabia huc adpulit? Quodsi tamen vltro dem, tamen hoc donum peius fuisset omnibus Danaorum donis. Author est Herodotus Cyrum, cum ab equitatu Croesi nimio opere formidasset, hac vsu arte: „ Camelos, inquit,

(a)

vix centum libras auri pretium libertatis Gallis numerare poterant. Sed de hoc, quid quid sit, certe marca ea aetate in vsu non fuit.

(a) Hist. natur. L. 8. C. 38.

(a) contra equitatum instruit hac ratione, quod camelum equus reformidet adeo quidem, ut nec speciem eius intueri, nec odorem sentire sustineat. Id ideo commentus est, ut equitatum Croesi, quo ille se praeualiturum considerabat, inutilem redderet; simul atque in pugnam itum est, equi olfactis protinus conspectisque camelis retro se auertunt: unde spes Croesi interiit. „ Demus iam tantum camelorum equis Hungaricis adiunctum: quae horum a camelis fugae? quae auersiones? quam infestum agmen Hungaricum fecisset tum tot intra montes iniquitas locorum, tum terror equorum? simul quae Russis cum suis camelis et thesauris elabendi oblata occasio, aut quam certa ipsos excepisset mors, quam dux Almus equitatum suum in siluis distrahi non ferens non minus Russis obtulisset, quam olim obtulit Hanibal Gallis Alpestribus, quum prius amice exceptum, com meatuque adiutum ardua montium superantem ex insidiis petiissent. Nam in rebus humanis quanquam saecula ac personae intereant; causae tamen et euenta eadem recurrunt. Siquid video ex eodem fonte immanarunt cameli in Anonymi narratio-

(a) L. 1. Quod ipsum elucet ex L. 7.

tiones, ex quo anathema iuramento Almi duci praestito fuit insertum.

VII. Quod porro Anonymus Hungaros e Russia recta ad prouinciam Beregiensem deducat, in eo se se omnibus vetustis Russis, Graecis, et Germanis scriptoribus opponit, qui omnes e Moldauiam, Valachiam, Dacia in Pannoniam accersunt Hungaros. Et vero nostra adhuc aetate in Moldauiam ad Seretum, ad Prutum, ad Huschum, ad Galatzum, ad Istrum, in ipsa adeo Bessarabia ad mare nigrum loca non pauca Hungarici generis populus colit. (a) Romanae religioni addictus Hungaricam linguam peraeque, ut Valachicam callet. Hunc ex Hungaria eo comisse sine omni prorsus vestigio quis animum ad affirmandum inducat? Videntur reliquiae esse eorum, qui Valachiam, Moldauiamque, et Bessarabiam vincendo peragrantes, subinde a Pacinacitis propulsi ad Pannoniam occupandam animos cum armis adiunxerunt. Quod si cui videtur veri magis simile hos Hungaros ab iis de.

(a) Geschichte des transalpinischen Daciens von Franz Joseph Sulzer II. Hauptst. 2. Abschnit. p. 113. Confer Vngrisches Magazin 3ten Bandes, 1tes Stuk. S. 97.

descendere, qui e Transilvaniae Siculis eo commigrarunt, quanquam sine omni auctoritate dicantur, aut tanto numero transiisse, aut ad nigrum vsque mare propagati esse, haud tamen in magna ponam disceptatione certus omnium pene coaeuorum fide Hungaros a Pacinacitis ingenti pugna fractos tum primum in Anarum, Pannonumque ditiones penetrasse, (a) et nouas has sedes continuatis bellis victoriisque et tenuisse, et defendisse. Quomodo clades a Pacinacitis accepta cum tot triumphis e Russia relatis, quomodo ratio itineris per montem Houos Munkacsinum suscepti cum egressu post cladem acceptam ad Pannonum solitudines, quomodo item tempus harum rerum, locusque cohaerebunt?

VIII. Posteaquam Belae notarius e Galicia contra fidem veterum ad Iazigas Metanastas omnes Hungarorum copias cum omnibus belli pacisque accessionibus, cum coniugibus, carisque liberis, cum septem Cumanorum ducibus, cum Ruthenorum auxiliis, cum innumerabili exercitu per montem Hovos traduxisset, circumscribit eandem multitudinem
limi-

(a) Vide L. I. p. 17.

limitibus Munkacsinensibus. (a) Sed quod, ut in hostico, hic non satis hae copiae salutis securae esse viderentur, paulo post circumdedit eas muris arcis Vngensis. (b) Unde factum, ut Vngari, cum Scythici antea dicerentur, nouum Hungarorum ab arce Vng nomen traxerint. Hic primos quatuor dies conuiuuiis extractos: mox Arpadum consilio patris Almi iussum Hungariae ducem, illius credo, quae moenibus arcis Vngensis definebatur: residuum temporis apparandis bellis insumptum: excultum deinde legatione Salanum ducem Bulgarorum, qui sub proauo Salani magno Reano a morte Atilae Graecorum opibus adiuti late per illas oras imperium stabilauerunt: mox vndique arma circumlata: victum Salanum fuga salutem quaesuisse: Fratrem eius ducem Bulgariae haud molliore fato usum vltro iugum recepisse, seque Hungaris subdidisse: Rasciam, et quid quid terrarum vsque ad mare porrigitur: denique Croatiam in prouinciae formam redactas: demum Gelum Valachum, Transilvaniae regulum victum, et de regno et de vita deturbatum.

(a) C. 12.

(b) C. 13.

batum : Mennomorotum Bihariensem dynastiam primo quidem prope ditionibus exutum : mox per filiam, Zultae Arpadi filio iunctam, Arpadiauae domus partem occupasse : Gladi infelicissima fata fuisse. (a) Domitis porro gentibus istis Arpadum victoriarum cursum Granum ultra et Nitriam transtulisse, atque Bohemis iugum imposuisse. Haec sunt Anonymi sensa de Hungaris, antequam Danubium superassent, ultra citraque Tibiscum victorias proferentibus. Hungaros quidem omnem Europam citius, quam cuiusquam passibus peragrari potuisset, victoriis lustrasse omnium gentium annales testantur. Haec in dubitationem trahere, peraeque atque Anonymo subscribere, vtrumque ex aequo nefas. Nam imprimis Hungari e Scythia egressi abundanti multitudine fuerint, oportet. Deseruerunt enim patriam eo, quod praegravante regnum licet fertilissimum multitudine terra alendis eis non videbatur suffectura. (b) Vnde Turocius omnes copias in septem partes diuisas commemorat : singulis exercitibus plus quam triginta millia virorum assignat : vxoribus autem et liberis tutan-

(a) C. 12. 13. 39. 42. 27. 52. 44. 35.

(b) C. 5.

tandis, ne quid inimicum cogere experiri, dum viri bella circumquaque obmouent, septem munimenta per totam Transiluaniam excitata fuisse docet. (a) Sed haec ipsa pro numerosissima Vngarorum multitudine angusta fuisse videntur. Nam si Turocio teste (b) idonei armis tractandis viri aequauere numerum 215999. necesse est reliquam populi multitudinem constituisse numerum circiter 539997. Scitum enim est numerum virorum arma gestantium esse ad reliquam multitudinem: vt 40: 100. Quibus positis ex procliui est coniectare septem Transilvaniae munimentis alioquin terreis hanc tantam cateruam cum tot viarum impedimentis difficulter sane constringi potuisse. Quid iam de Anonymo censendum, qui vniuersam Hungarorum ciuitatem, auctam Cumanorum ciuitate prope aequa, auctam Rhutenorum quinque millibus, auctam in Ruffia multiplicitate rerum ex vsu futurarum, qui, inquam, hominum numerum prope innumerum moenibus arcis Vngensis concludit? praesertim, quod Arpadus perinde quasi spatii amplitudine abundans omnes bello captos hostes, catenisque onustos in arcem

ean-

(a) Chroni. P. II. C. 2.

(b) Ibidem.

eandem compingendos mandarit. (a). Sed hic noua rursus enascitur quaestio: unde scilicet tot Arpado catenae? quando tantum, et vbi locorum exercuit ferrum, vt omnibus militibus bello captis catenandis suffecerit? e Scythia ne has secum catenas Hungari tulere, vbi ferri exercitium viguisse nemo docet? an in arce Vngensi stricturis calybum cauernas aperuere, orbisque orbibus impediendos informauere, quos prior vincendi, quam catenandi hostis cura tangebatur, ne ante victoriam triumphum canere viderentur? an durante demum pugna, cum victoriam in suas partes inclinantem viderent, folles dimisere liquefaciendae, et in catenas formandae massae? — — Illud quoque a vero remotissimum Vngaros ab arce Vng nomen deriuasse. Antequam arcem Vng tangerent Vngari, iam nomen eorum non sermonibus solum vsurpabatur, sed scriptis etiam celebrabatur. (b).

L 2

CA.

(a) C. 14.

(b) Vide Cl: Prai in anal. Hung, dissert. praeuam. Legitur item apud Baronium ad an. 744. epitaphium Luitprandi Longobardorum regis sequens:

Vngarus a solo hoc adiutus, Francus et omnes
Vicini grata debebant pace per omnes.

Ac-

 C A P V T III.

Regnum Bulgaricum, quod Anonymus intra Tibiscum et Granum fluuios; Valachicum item, quod in Transiluania desigit, confictum est. Examinantur etiam de Croatia et Macedonia inspersae narrationes.

I.

Sed haec omnia nolim ad vnguem vsque rescicare, alioquin hos mihi circumdedi cancellos, vt Belae notarium non nisi secum ipso, et cum vicinarum gentium coaeuis scriptoribus contenderem, nec alia fere, quam quae primum Hungarorum in has oras ingressum magis illustrent, exequerer, eumque, vt quidem ab Anonymo consignatus est, a vero alienum ipsis etiam Anonymi verbis, vbi res ita postulatura esset, ostenderem. Itaque multis

Accedit, quod Ranzanus ex Elinio memoret pag. 576. in script. rer. Hung. edit. Tirna. Hugaros a duce Hungar iam in Sarmatia, vnde eos egressos vult, appellatos. Cl. quoque Gebhardi T. 1. p. 384 ex Thumano haec habet: der Name Hungarie ist von gleich zeitigen englischen Koenige Aelfred in seinen Schriften gebraucht.

tis aliis non attactis transibo ad Bulgaros, quos
 noster hic vltra citraque Tibiscum rerum po-
 titos fuisse existimat: cum tamen hoc in solo
 nunquam Bulgari pedem habuerint. Nam
 quanquam Bulgari iam sub Anastasii Augusti
 imperio circiter annum Christ 501. ad Istrum
 descenderunt, saepiusque Thraciam, atque
 Illyricum incurfarunt: primum tamen post
 mortem Cubrati, cum quinque eius filii con-
 tra, quam pater moriens praecepit, quisque
 cum gente, cui imperabat, regionum spatiis
 disiungerentur, duo filii Istrum transgressi
 Moesia inferiore occupata, et Constantino
 Pogonato ad tributum pendendum adacto po-
 tentiam nomenque suum illustrarunt circiter
 an. Chr. 678. (a) Quo fit, vt toto errare
 coelo necesse sit Anonymum, qui a morte
 Atilae, rebus humanis an. 454. exempti ma-
 gnum Reanum auum ducis Salani an. 888. ad
 Tibiscum dominantis auxilio Graecorum in
 Tibiscanam Hungariam adducit. Etenim a
 morte Atilae ad Salani apud Bulgaros domi-
 natum effluxissent anni circiter triginta octo
 supra quadringentos. Hanc tantam temporis
 intercapedinem quomodo regnando expleue.

L 3

rint

(a) Striterus in Bulgaricis.

runt tres duces : nempe Reanus , filius anonymus , et nepos Reani aui (a) Salanus , neque si vim ingenio adhibeam , intellexero. Quid ? quod Bulgarorum nomen non nisi ducentis et amplius annis postea inclaruit , quam Atila morte sua Europam exhilarauit ? De auxilio , quod Graeci Bulgaris tulisse feruntur , ut eos ad Tibiscum illocent , nullum vestigium in tota Graecorum historia superat , quamuis Bulgarorum bella , pacesque , et foedera , ac vicissitudines alias ab ouo narrent. Quid ? quod Reani ac Salani nomina ignota sunt Bulgaris : necquidquam in omnibus principum Bulgariae catalogis ea inuestiges : nata sunt ea extra Bulgariam , extra omnes terrarum tractus ; in solo cerebro. Quid ? quod Bulgarorum ditiones Carpato Galliciaque nunquam terminabantur. Geographi celeberrimi , qui orbem terrarum ingenio suo supposuere , licet omnem lapidem mouerint , ut prouinciarum limites natos , mutatos , translatos , dilatatos , constrictosque curate definirent , attamen Tibiscum intra et Scepusium Bulgarici regni terminos

(a) Auum proprie ab Anonymo accipi liquet ex C 55. vbi haec legas „ Zulta dedit castrum construere Ruthenis qui cum Almo duce auo suo in Pannoniam venerant.

minos Carpato Danubioque abscissos nusquam repererunt. Soline Belae notario annales prisca, ex quibus sua se eruisse iactat, patuerunt? aut si ita? cumeone iuxta omnes sepulti sunt, ut in omnibus, qui superant, ne rima quidem pateat, per quam id, quod Anonymus narrat, videamus?

II. Pergit id quidem coniecturis firmatum Cl. Katona (a) et, ne Salanus confictus esse videatur, nomen eius Salankemenio hodie dum conseruari docet. Sed enim Salankemenii nomen recentius est, detortum a vetusto Zolon caman, quod aetate adhuc Anonymi in usu fuit. (b) Hoc autem, et Salani nomen magis disparata sunt, quam ut vnum cum altero sit nexum. Zoloncaman vetus Slavis idem, quod viride saxum, *Zeleni Kamen*, valebat. Id genus appellationes a saxo desumptas vetustis arcibus, oppidisue a Slavis inditas fuisse, notius est, quam ut doceri debeat. Vnde enim *cserveni kamen* (*Vörös kö*) *modri kamen* (*kekeö*) et plura hodie dum appellationem repetunt? frustra igitur hoc saxum Cl. Katona

L 4

de-

(a) In prolegomenis hist. liter. pag. 26

(b) Anonym. C. 41.

deuoluit ad Salanum protegendum. At enim grauissimi quoque testes istud innuere videntur. Nam *Bulgaros* quidem hoc loco (ad *Tihiscum*) coluisse, *Francici Graecique Scriptores* satis innuunt. *Aimonius, Fregedarius, Gesta Dagoberti* *narrant* (a) *Bulgaros, Auaribus permistos, li-*
tem

(a) Cl. Katona. L. c. Loca porro authorum, quos citat, quin eorum adscribat verba, haec sunt. *Gesta Dagoberti* T. I. Scrip. rerum Francicarum apud du Chesne pag. 580. ita Cap. 28., Siquidem eodem anno (IX Dagoberti) — a tera pars ex *Auaris*, et altera ex *Bulgaris*, collecta itaque multitudine, cum vtrique se inuicem impugnarent, tandem ab *Auaris Bulgari separantur*, qui deiecti noyem milla cum vxoribus et liberis de Pannonia expulsi regem Dagobertum expetunt. „ *Fredegarius* eodem Tomo pag. 761. c. 72 ita „ eo anno in *Auarorum* cognomento *Chunorum* regno in Pannonia surrexit vehemens intentio (contentio) eo, quod de regno certarent, cui deberetur ad succedendum. Vnus ex *Auaris* et alius ex *Bulgaris* collecta multitudine vterque in inuicem impugnarunt. Tandem *Auari Bulgarios superant*. *Bulgaris* superatis IX. millia virorum cum vxoribus et liberis de Pannonia expulsis ad Dagobertum expetunt &c. „ *Aimonius* T. III. apud eundem du Chesne p. 111. C. 24. Sic „ His diebus inter *Auares* cognomento *Hunos*, et eos, qui *Bulgari* dicuntur, magna surrexit contentio, cui deberetur regni successio vtrum ex *Bulgaris* orto, an ex *Auarum* semine procreato? *Lis* vsque ad arma deducta *Hunis* victoriam peperit. *Victi Bulgari*, et a propriis exules terris *Dagobertum* expetunt regem *Francorum* poscentes vacantem tellurem sibi concedi ad habitandum. „ Ex
his

tem circa duces obortam, armis diremisse, sub A. C. 640. Nicephorus, Theophanes referunt, cum quarto Cubrati, seu Chrouati filio nouam Bulgarorum coloniam inter Auares consedisse, sub A. C. 666. Hi subi de cum Auaribus a Carolo M. victi versus Tibiscum propulsi sunt A. C. 796. Eisdem saeculo nondum circumactio, quum Hungari has in oras penetrassent, easdem inter Tibiscum et Danubium plagas, quas Anonymus illis tribuit, retinuisse, suadent attritae vires Auarum, quibus, a consanguineis Moesiae Bulgaris adiuti, potentia praeualere facile poterant. Ita verosimilia satis euadunt, quae de sedibus illorum ex Anonymo habemus. „ Pace viri clarissimi dictum esto, si omnia, quae recitauit, veritati apprime congruerent, nihilo tamen magis narrationem Anonymi fulcirent. Nam primo lites, quae Bulgaros et Auares in diuersa studia traxere, has inter gentes in Pannonia, proinde procul Tibiscanis plagis, intercessisse a memoratis scriptoribus feruntur: nullo igitur pacto hi innuunt Bulgaros cum Auaribus ad Ti-

L 5

bi-

his manifeste patet Bulgaros ab Auaribus ex Pannonia exactos, nec patriae nec fortunae deinceps fuisse socios: necquidquam proinde asseri: vtroque populos iuxta a Carolo M. victos.

biscum egisse. Deinde eadem scriptorum loca aperte docet Bulgaros, posteaquam ab Auaribus victi sunt, Pannonia eictos et regionum limitibus separatos egisse. Quare id quod Cl. Katona subiungit, Bulgaros cum Auaribus eadem victoria fractos, et ad Tibiscum deportatos fuisse, rursus a vero adhorret, cum scilicet Auares vltima clade a Carolo M. affecti fuerint in Pannonia, e qua Bulgari iam dudum exacti fuere. Denique si demus vltro Bulgaros iuxta cum Auaribus debellatos, et reliquias in Tibiscanas oras retrusas fuisse: quid? iam ne aliquid ex vero participat id quod Anonymus fert, Bulgaros auxilio Graecorum adiutos a morte Atilae armis ius sibi in plagas Tibiscanas peperisse? Accedit et illud: quod Bulgari confederint quidem primo in Pannonia, seque imperiis Cagani Auarum vltro dederint: (a) Subinde tamen, vt luculente ex scriptoribus

(a) Theophanes, posteaquam a Cubrati Bulgariae magnae principis morte diuisos filios enarrasset, haec subiungit: quartus autem, et quintus flumen Istrum praeteruesti, ille quidem in Pannoniam Auaricam, Chagano Abarum postmodum subdendus, cum omnibus suis copiis transit: hic vero Pentapolim ad Rauennam perueniens Christianorum imperio pariter subiectus mansit. p. 296 — 299. Niceph. p. 22. 23.

bus Francicis vidimus, ex Pannonia expulsi alia ad habitandum loca obtinuerint. Nec istud satis: ad eam sensim, vt res humanae nunquam diu eandem ferunt sortem, affurrexere potentiam, vt Graecis formidini; Auaribus finitimis exitio fuerint. (a) Quomodo igitur rursus cum Auaribus ad Anasum (b) flumen deuenire? Quis vnquam memorauit ibi Bulgaros a Carolo M. profligatos? Huiusne etiam rei testes tabulas clades Tartarica hausit? Quod si fas est admittere: Bulgaros propter vetustam quandam necessitudinem, subinde duorum fere seculorum spatio interruptam, in eam nihilominus fortunae societatem conspirasse: vt cum Auaribus vna Caroli M. victoria affligi, et ad Tibiscum e superiore Pannonia eos propelli necesse fuerit: quis dubitet eosdem rursus cum Auaribus a Tibisco Carnuntum inter et Sabariam Imperatoris beneuolentia translatos?

Ita

(a) Bulgari Abares per vim funditus sustulerunt. Captiuos autem Abares Cremnus interrogauit: Vnde putas vestrum duces et totam gentem perisse? — Abares igitur omnes, vt dictum est, Bulgari funditus sustulerunt, ac deleuerunt. Suidas Eelogeae Hist. de reb. Bissant. p. 37. 28.

(b) Certus, notusque limes duarum gentium (Boiorum et Auarum) flumen Anasus fuit: supra ad Fauonium vergens Boioaria fuit: infra Hunnia eadem et Auaria. Auen. Annal. Boio. L. 4 C. 4 N. 15

Ita nullo modo verisimilia sunt, quae de Tibiscanis Bulgarorum sedibus ex Anonymo habemus.

III. Bulgaris adiungo Valachos, quos contra omnium veterum sensa hic noster Transilvaniae dominos sub aduentum Hungarorum necquidquam facit. Blacorum, seu Valachorum nomen ea tempestate ignotum fuit orbi: Bissantini scriptores primam eorum, qui australes Istri partes tenebant, mentionem iniiciunt ad A. C. 1081. Sed hos cum Bulgaris confundunt. Anna Comn. (a) haec habet: *Alexius mandauerat (Caesari Nicephoro Meliseno) ut quam plurimos posset, conscriberet milites non e veteranis, sed novos, et eatenus expertes belli, nempe Bulgaros, pastoriciae duratos vitae laboribus agrestes iuuenes, incertis sedibus vagos quos communis dialectus Blachos vocare consuevit.* (b) Valachorum istorum multis retro temporibus

(a) Pag. 226. Idem pluribus testimoniis firmatum vide apud Cl. Striterum in Bulgaricis T. II. P. II. pag. 668.

(b) Petrus Possinus in Glossario Annaeo v. *βλαχοι* ait proprium antea sectae atque instituti nomen genti postmodum adhaesisse: neque enim nunquam studia in generis appellationem transire in similibus.

bus antea meminit Nestor. Nec enim Volo-
chi eius alii, quam Bulgari esse possunt: id,
quod validis rationibus luculente ostendit Cl.
Sultzerus. (a) His vnum hoc praeterea ex
ipso Nestore deductum argumentum adiungo.
Quos vno loco Volochos, eosdem alibi
Bulgaros nominat. Dicit enim Slauos a Vo-
lochis victos; hos autem Volochos ex Coffa-
ria venisse alias Bulgaros dictos. (b) In-
de adeo profluere videtur, vt Bulgariae
principes saeculo decimo tertio se se Bulgaro-
rum et Blachorum imperatores scripserint. (c)
At hi Valachi, seu Bulgari supremo iure Tran-
siluaniam nunquam moderabantur. Vidimus
iam Bulgariam finibus Daciae nunquam fuisse
inclusam. Ipse etiam Belae notarius Bulgaros
a Valachis, qui sub duce Geluo Transiluaniam
possidebant, probe discriminat, intelligitque
eos Valachos, qui Romanum iactant genus.

Sed

(a) II. Hauptstück I. Abschnitt vom Ursprunge
der Valachischen Nation, §. III.

(b) Als die Wolochen die Slauen, welche an
der Donau woneten, anfielen, vnd vnter ihnen ihre
Wohnungen hatten - vnd ihnen Geualt anthatten,
so giengen die Slauen &c. pag. 42 Et infra. nempe
pag. 45. Zu den Slauischen Völcker, die, wie
wir gesagt haben, an der Donau wohneten, ka-
men einige — aus Cofarien, welche sonst Bulgaren
genent wurden. &c.

(c) Vide acta Inocentii III. apud Rainald.

Sed et isti in Transilvaniae regimen ingratiis adducuntur. Nam perinde, vt priores, a Dacia vastis locorum spatiis disiuncti, altoque omnium scriptorum silentio inuoluti delituerunt. Prima eorum occurrit memoria apud Cinamum. Imperante Emanuele Comneno A. C. 1160. Emanuel Comnenus (inquit is) (a) expeditionem in Vngaros parans exercitum Alexio, genero suo, duce versus Istrum mittit: Leonem Bataztem nomine aliunde cum exercitu perinde magno, maxime vero Valachorum ingenti multitudine, qui Itatorum coloni quondam fuisse perhibentur, ex locis Ponto Euxino vicinis irruptionem in Vngariam facere iubet, qua ex parte nemo adhuc a primis saeculis eos inuaserat.,, Aperta haec in luce collocant et primas Valachorum sedes, et qua primum Hungaris occasione proximauerint. Nam in Transilvania sub aduentum Hungarorum Valachos summae rei non praefuisse adeo exploratum est, vt neque ibi habuisse vnquam ante Belae quarti tempora videantur. (b) Quamuis enim Romanorum coloniae a Traiano in Daciam deportatae fuerint:

(a) pag. 152.

(b) Cl. Prai Dissert. VII. Pag. 134. et Cl. Windisch ad an. . 1243 pag. 113.

rint: Aurelianus tamen imperator, cum vastatum Illyricum, ac Maesiam deperditam videret, prouinciam trans Danubium Daciam a Traiano constitutam *sublato exercitu, et prouincialibus* reliquit, desperans eam posse retineri, *abductosque ex ea populos* in Maesiam collocauit, appellauitque suam Daciam, quae nunc duas Maesias diuidit. (a) Irrupere subinde in Daciam Gothi, Hunni, Gepidae, Sarmatae, Auares Marahenses, et totam prouinciam mutuis tot diuersissimarum gentium ab stirpe excisarum cladibus in vastam solitudinem verterunt: foli- ne Valachi inter tot tam efferatarum gentium arma non modo non cladibus attriti, non tot torrentibus sanguinis absorpti, sed ad clauum etiam Daciae eluctati sunt? Hoc nemo, credo equidem erit, qui sibi persuadeat. Alioquin Marahenses ibi rerum potitos fuisse supra ex Porphirogenito docuimus. Totus igitur Valachorum in Dacia dominatus ab Anonymo confictus est.

IV. Nunc de Croatia videndum est, quam totam Arpadi auspiciis sub iugum missam Belae notarius scribit, iuxta atque credibili longius a
ve-

(a) Verba sunt Flauii Vopisci in Aureliano

vero abscedit. Lucius subactus rerum Dalmaticarum et Croaticarum scriptor Croatarum potentiam, rerumque gestarum, ducumque feriem ex Graecis et Latinis scriptoribus curate exhibet, atque ad id temporis, quo Arpadus Hungaricas res moderabatur, Croatas sui iuris fuisse diserte colligit ex coaenis veterum monumentis: ipsumque Mucimirum Croatiae ducem (is Arpadi aequalis erat) ex eius privilegio, in quo nullum superiorem agnoscit, sui, liberique iuris fuisse ostendit. (a) Impugnat istud quidem Cl. Katona (b) his verbis: „ *Nec aliam esse causam existimo, cur Hungari, quum arma victoricia late per Germaniam, Galliam, Italiam, Graeciam circumferrent, ab his Slaus, Croatisque semper abstinuerint, quam quod bos suis alioqui iuribus obnoxios habuerint. Hanc etiam causam fuisse puto, cur Muncimirus, qui Croatiae sub id tempus, quo Hungaros eam subiugasse laudatus Anonymus scribit, praesuit, epocham Franciae regum, quod ab eius patre Tirpimiro factum est, suo diplomati non praeposuerit, quod eorum iugo per Hungaros exemptus, bis deinde subiectus fuerit. At enim a Croatis arma poterant*

(a) L.II. C. 2.

(b) Hist. Crit. ducum T. I: pag. 345.

rant abstinere Hungari, etsi solam amicitiam, et armorum societatem cum iis coluissent, nec vnquam totius Croatiae possessionem adiuissent, vt palam est. Nec enim sola vnaque subiectio esse solet causa, cur populus quispiam etsi alioqui viribus validus a vicinis nationibus vim armorum contineat. Muncimirus autem, nisi sui iuris fuisset, vtique epocham Hungariae ducis, cui suberat, praeposuisset, vt ab eius patre Tirpimiro factum, epocham Franciae regum eapropter, quod eis subdebatur, praepONENTE. Quid? quod rem hanc, prorsus ad memoriam insignem, nullo modo praetermissurus erat Porphirogenitus accuratus rerum Hungaricarum et Croaticarum scriptor, rebusque illis prope par, quique Croatas quidem Hungaris finitimos, nunquam tamen subiectos scribit. Nec credibile est omnia plane monumenta obliterated fuisse, ex quibus tempus, modumue, quo memorabilem plane Croatiae iacturam rursus fecere Hungari, tanquam ex vestigiis legeremus. Quod porro Cl. Katona Hungarorum ditiones vltra Drauum iam ante diui Stephani aeuum porrectas fuisse contendit, id volens, vltroque do. Quidquid ibi iuris fuit Marahensium id, omne Hungaris cessit victoribus. Sed hoc non est huius

loci. Nondum enim extra figmenta Anonymi ponitur id, quod assertum iuit, totam Croatiam armis Arpadi eueictam in ius Hungaricum concessisse.

V. Nihil ab his abludit, quod de Bulgaria et Macedonia narrat. Ne longus sim, utar Cl. Praii verbis: (a) *Illud a vero abhorret, cuius Anonymus Belae regis notarius meminit, Bulgariam, et Macedoniam bello ab Ungaris subiugatam fuisse, ut ex rebus, quas deinceps narraturi sumus, constabit.* Subdit ordine tristia et laeta Hungarorum bella per annos digesta, Herculea industria euoluit e tenebris, et coaeuis firmat monumentis pulcherrima gentis facinora. Nihil inter omnia de Macedonia et Bulgaria subiugatis eruere, et in medium proferre potuit. Itaque haec quoque bella non nisi ab solo Anonymo debellata sunt.

Omnibus his Anonymi inaniis difflatis, terris Grano et Moraua, Danubioque inclusis ducente Belae notario succedimus. Has ille a morte Atilae duci Bohemiae cesisse: huius auspiciis ducem Zoborium Nitriensibus
im-

(a) In annal. Hung. pag. 3-7.

imperasse: hunc, subinde captum ab Vngaris, et in monte Nitriae incubante suspendio enectum monti nomen transmisisse: denique gentem vniuersam partim armis, partim deditione voluntaria in ius Hungaricum sub Arpadu abiisse commemorat. (a) Grandes more suo hic quoque errores errat Anonymus. Nam primo teste M. Turocii anonymo (b) Suatoplugo iam debellato (id contigit circiter an. C. 903. vel 904.) tum primum Arpadus propter Albam regiam tendebat, quandoquidem istum primum in Pannonia occupauit locum. Ibi sex anni quieti sunt dati. Medio temporis, nempe A. C. 907. Arpadus rebus humanis est exemptus. (c) Postea primum, Vratislao nempe supremum imperium

M 2

exer-

(a) C. 35. 34. 37. 57.

(b) Par. II. C. 3. Eoque Zuatopoluk debellato et occiso Arpad cum caeteris Vngaris castris fixit prope Albam, et ille locus primus est, quem Arpad sibi elegit in Pannonia. Postquam autem Zuatapoluk per Hungaros est necatus, et Hungari descenderunt in Pannoniam, per sex annos eorum arma et equos meliorare curauerunt: Anno igitur septimo Morauiam et Bohemiam, in quibus eo tempore dux Vratislaus regnare videbatur, crudeliter spoliauerunt.

(c) Cl. Katona Hist. Crit. Duc. p. 267. Alii longe citius mortem Arpadi statuunt.

exercente, (d) Hungari Moraviae, Bohemiaeque arma intulere. Non cohaeret itaque Anonymus Belae notarius Turocii Anonymo auctori peraeque fere vetusto: nec, quod inde sequitur, poterant his anonymis vera Hungariae bellorum monumenta prae manibus esse, alioquin in tam diuersas sententias nunquam discessissent: sed de his infra vberius. Deinde nec id cohaeret ducem Bohemiae a morte Atilae terras ad Granum vsque occupasse. Vnde constat aut Atilam eo terrarum ditiones suas protendisse, aut Bohemorum nomen iam tum fama valuisse? Id quoque abhorret a vero montem Nitriae independentem a Zoborio in crucem acto nomen traxisse. Iam ante aditam harum terrarum ab Vngaris possessionem hoc fuit monti nomen. Cosmas Pragensis testis est. Scribit enim ad A. C. 894. Seniores Zuatopolucum ex latere montis Zober vitam eremiticam amplexunt.

Nec illud similitudinem habet veri, quod omnes harum orarum incolas, qui vltro se se non dedidere, catenis ferreis oneratos miles
Hung-

(d) Vratislaus praesse cepit Bohemiae A. C. 922. Vid. Cl. Dobner in annal. Hagec. L. 3. p. 496.

Hungaricus ad Arpadum duxerit. Namque hoc pacto omnem hunc terrarum tractum ditionibus Arpadi accessisse necesse fuit: hoc autem posito, quid Zulta (a) necesse habuit metas regni ad Morauam figere, quas dudum antea victor belli fixit Arpadus? Aut quo modo potuit tributo eapropter ducem Bohemorum illigare, quandoquidem omnia terrarum cum ipsis possessoribus imperio Hungarico iam ante adnexa sunt? Quid? quod inextricabile sit: a quibusnam hoc tributum pendendum fuerit, ab iisne, qui vltro imperia Arpadi capeffiuere, an ab iis, qui ferro manibus post terga reuincti nec numerandi, nec merendi aeris copiam habuere? (b) Ipsarum quoque

M 3

ca-

(a) Vide Anon C. 37. et 53.

(b) Cl. Palma in Noticia rer. Hung. Pär. I. p. 45. edit. 2dae de tributo tacet: substituit autem tributo seruitutem. Sic enim loquitur: „*Hungari — ante omnia regionem armis, sanguineque suo partam ex aequo inter se diuisere. — — Veteres regionis incolae ad colendum rus, Hungarisque seruiendum damnati.*”, Vnde hoc postremum hauserit author illustrissimus, nec ipse quidem prodit, nec Turocius, quem in testimonium diuisae terrae antestatur, verbum de hac re. Anonymus noster Turocio vetustior contrarium expressis verbis docet. Sic enim C. 37. *Dux Arpad consilio et petitione suorum nobilium donauit accepto iuramento infidelium* (hoc no-

catenarum vnde rursus tanta copia, excisis iam Quadis, qui orbium ferratorum nexui operum perfacile nauare poterant; artis quippe fabrilis docente Cl. Seuerini peritissimi?

VI. Multa ad haec superant in eadem historia, quae fictis, quam veris narrationibus propiora omnem eidem fidem, auctoritatemque tollunt. Anonymus docet (a) ducem Zulta haereditarium accepisse a patre supremi fastigii honorem: contra Cl. Prai (b) id nullo pacto fieri potuisse adstruit. Anonymus scribit Hungaros in palatio Atilae
Budae

mine insignit Vagi accolae Anonymus) *terras in diuersis locis praedictis infidelibus de partibus Nitriae ductis, ut ne aliquando infideliores facti repatriando nocerent sibi fidelibus in consinio Nitriae habitantibus,* Hoc loco Anonymus, ut aequum erat, tribuit Arpado laudem non fortitudinis modo, et scientiae militaris: sed politicae quoque sapientiae. Eam nimirum laudem, quam Claudius imperator in oratione pro Gallis Senonibus ius ciuitatis Romanae petentibus apud Tacitum L. annal. XI. N. XXIV. Romulo imperii Romani conditori impertiuit. Hanc laudem cur Il. noticiae rerum Hung. auctor in eo opere, quod pro iuuentute lucubratus est, Arpado sine omni testimonio veterum dempserit, non equidem adsequor.

(a) C. 53.

(b) annal. Hung. p. 370.

Budae instructa conquisitissimis epulis conuiuia celebrasse: (a) rusticis ipsis vasa argentea adhibentibus: et tamen ipse Vngarorum ea aetate discrimen in nobiles et rusticos sustulit, quum scripsit: (b) Scythicam gentem, de qua Hungari, sapientissimam et mansuetam *terram non laborasse*. Denique omnes victorias Hungarorum per oras Tibiscanas Daciamque ipsam relatas non tam fortitudini gentis nobilissimae adscribit, quam Pannico cuidam terrori, quo omnes vicinae nationes percellebantur, orto ea de causa, quod noissent Almu, Arpadumque sanguine Atilae fatum; qui timor mihi in eas gentes cadere nullo modo potuisse videtur, quae Atilanarum primum copiarum iuxta et victoriarum sociae, repulsis per Gothos Hunnis, rursus, vt vidimus, collectae, ac nouis subsidiis auctae, in eodemque solo firmatae fuerunt. Quod si germanos Atilae filios gentes sub iugum ab ipso Atila missae non ita extimuerunt, vt vigentibus adhuc recente memoria Atilae victoriis, a filiis eius arma abstinen-

M 4

da

{ a } C. 46.
 { b } C. 1.

da putauerint: quomodo tot circumactis temporibus personatus, et nimio plus dubius Atilae abnepos siue Almus: siue Arpadus, nullo, dum primum Munkacsinum tetigisset, militari facinore cognitus, omnes vicinas nationes metu exanimauerit? non est procliuè intellectu.

Haec quanquam ita sint, non est tamen omni prorsus merito cassa Anonymi historia. Etenim (a) regionum, quae fuit medio aevo istis locis, Geographiam; totius Hungarici principatus inde a primis ducibus haereditariam quidem, sed suis circumscriptam legibus formulam; Comitatum primaeuam, eamque genuinam originem; adpellationem situum natiuam, atque urbium nonnullarum exordia sic satis luculenter expromit. „ Ad haec incurius licet locorum et temporum omnia conuoluit, quin euoluat: multis tamen locis sub inuolucro, et quodam quasi imitamento poetarum veritatem abscondit, vt appareat multa eum vera de victoriis Hungarorum sed quasi per nebulas vidisse. Valachos ab Vn-
garis

(a) Sunt verba Belii in praefatione ad scip. Hung. Quae tamen quadamtenus castiganda essent.

garis victos prodit. Si ad pontum Euxinum, ubi Valachos latuisse diximus, haec affigas, non esse maius credibili dicas: si ad Transilvaniam referas, falsa prodit. Bulgaros triumphatos commemorat. Si ad Tibiscum, fallit: si sub Salano Simeonem Bulgarorum intelligit; a re ipsa non ita plane distat. Ingentia de Russis tropaea recenset. Nihil a vero alienum, si tempora discriminaes. Ortis inter Wlodimiri filios discordiis Hungaros in auxilium accitos, et victoriis in rem suam vfos fuisse elimata est in annalibus Hungaricis veritas: si anterioribus iam temporibus, in primo nempe transitu, praecoccupatos hos triumphos cum Anonymo statuas, dices aliquid, quod per se discors nullo teste coaetuo firmare possis. Nec Croatas ab omni prorsus clade eximam. Finitimi Marahensium ex ingenti regni Morauici ruina facile quidpiam detrimenti trahere poterant: at iuribus Hungaricis iam aetuo Arpadi obnoxiam fuisse totam Croatiam, id vero est somnium. Plurima alia ab his non abluunt. Sunt scilicet ut somnia, in quibus, quae sensu diurno voluuntur, multa satis vere, at confuse et indigeste, admixtis quibusdam nouis, non visis, non auditis antea imaginibus, amica quies red-

dit. Quae proinde tota, ut ab origine sua usque ad finem menti obuersabantur, licet vera quaedam retulerint, haud immerito tanquam vana et falsa reicias. Haec de Anonymo, ne quid in progressu operis mihi obficiat, praefanda rebar.

C A P V T IV.

Vetustissimae Hungarorum sedes.

I.

Vetustissimas Hungarorum sedes, quantum priscis annalibus cognitum, Molda- uorum regio Tartariae, Bessarabiaeque continuata habuit. Hic ab suprema principis vni- us potestate eximii bella et paces in com- mune diu agebant Vaiuodarum imperio ob- noxii. Iam post reparatam orbis salutem sex- tus et trigesimus (a) supra octingentesimum annus voluebatur, cum primum orbi Roma- no sub hoc nomine innotuere. Nam (b)

Ma-

(a) Ad hunc annum id affigi debere ostendit Stritterus in *Bulgaricis* T. II. P. II. p. 566. not. 1

(b) Leo Grammaticus p. 459. Georgius Mo- nachus pag. 531. iisdem fere verbis narrat omnia.

Macedones a Crumo, Bulgarorum rege, olim e patria abducti, et in Bulgariam trans Istrum deportati, cum Baldimere Bulgarorum rege ad Thesalonicam morante Istrum traicere pararent. Bulgarus, re audita, in aduersam ripam transgressus, armis eos transitu prohibere conatus est Macedones, re desperata, Tzantzem et Cordylem sibi duces praeficiunt, conferto praelio, quosdam occiderunt, quosdam etiam captiuos abduxerunt. Bulgari, qui traicere non potuerunt, res a Macedonibus gestas annuntiaturi ad Vngaros deflexerunt. Interim nauigia ab imperatore missa, captiuosque susceptura, ut in urbem deueherent, appulerunt, et pariter Hunni numero infiniti aduentare visi sunt. Macedones iis conspectis cum lacrimis vociferabantur, dicentes: Deus sancti Adriani succurre nobis: et ad belli pugnam vna se praepararunt. Turci vero dicebant: suppellectilem omnem vestram tradite, et, quo desideratis, abite. Non consenserunt illi, verum diebus continuis tribus ad praeium parati consistebant, quarto vero nauigia conscenderunt. Eo cognito Turci ab hora diei quinta ad vesperam usque praelium inierunt, eorumque gens fugantibus Macedonibus terga vertit. Hoc primum est Vngarorum nominis excitatum apud Graecos monumentum, ex quo per-

perfacile est colligere: sedes Hungarorum, quos iidem annales Hunnorum quoque ac Turcarum nomine insigniunt, cum primum sub germano suo nomine innotuissent, tam a Bulgaris, quam ab Istro non remotissimas fuisse. Vt autem eas in Moldavia collocandas esse clarius intueamur, iuvat ipsius Constantini plus vice simplici a nobis commemorati verbis uti: ita ille: (a) *Turcorum gens olim prope Chazariam habitabat, in loco cui cognomen Lebedias a primo ipsorum Boebodo, qui nomine quidem Lebedias appellabatur, dignitate vero, quemadmodum reliqui eius successores, Boebodus vocabatur. In hoc igitur loco nimirum in praedicta Lebedia, fuit annis Chidmas, qui etiam Chingylus cognominatur — — Tunc temporis erant inter ipsos Boebodi quidam, quorum primus is, cuius supra mentionem fecimus, Lebedias. Habitarunt autem cum Chazaris annis tribus, omnibus eorum in bellis adiutores. — — Pacinacitae vero — armis contra Chazaros sumptis victi: terram suam deserere, et Turcorum regionem incolere coacti fuere. Bello autem inter Turcos et Pacinacitas, tunc temporis*

(a) De administ. imp. C. 38.

potis Cangar dictos, exorto, Turcarum exercitus devictus fuit, atque in partes duas diuisus; et earum una quidem orientem versus partem Persiae incoluit — — altera vero pars occidentem versus sedes posuit cum Boebodo suo ac Duce Lebedia in locis Atelcusu nuncupatis, quae nunc Pacinacitarum gens incolit. — Cum deinde enarrasset, quemadmodum Arpadus hic locorum supremi Principis dignitate auctus fuisset, subdit: Caeterum Pacinacitarum locus, quem tunc inhabitabant Turci, a fluviis, qui illic sunt, cognominatur. Flumina autem isthaec sunt: primus fluuius Baruch appellatur, secundus Cubu, tertius Trullus, quartus Brutus, quintus denique Seretus nuncupatur.

II. Postremi hi duo fluuii suum hodieque nomen in Moldauia retinent: Baruch, idem forte, qui Bardaluch in chartis Hommannianis, hos inter medius, in Moldauia quoque in Seretum, et cum hoc in Istrum magna mole deuoluitur. Alios non procul hinc quaerendos multis suadet Cl. Katona. (a) Itaque peruetustas sedes Hungaris in Moldauia,

(a) Hist. Crit. T. I. p. 124.

uia, quam Prutus et Seretus interluunt, sic satis perspectum habemus fuisse. Ex his locis rursus a Pacinacitis exacti Hungari regionem Atelcufu appellatam infedere. (a) Quenam porro regio Atelcufu nominata, aut quibus circumscripta fuerit terminis, res est Sybilinis foliis obscurior. Certa tamen utcumque indicia produnt Danubio ipsi confertam fuisse. Cl. Gebhardi (b) vocibus Atelcufu lingua Paczinacitarum regionem Danubianam significari docet. Quod si sub *Atel*, seu *Etel* fluuius Aluta, sub Cufu, vocabulo Russico Danubius, ut ibidem addit, latet: habemus nouas Hungarorum sedes ad confluentem Alutae et Danubii, proinde in Valachia, ac forte parte quadam Transilvaniae collocatas. Et certe regionem Atelcufu isthic sitam esse oportuit. Ex hac enim antiquissimorum suorum hostium Paczinacitarum insuperabili potentia rursus eiectione, ad nouas sedes quaerendas necessitate urgente profecti in magnam Morauiam ingressi sunt. (c) Magna porro Morauia prope ruderam

(a) Ibid. p. 170.

(b) T. I. p. 384.

(c) Const. de admin. imp. l. c. haec habet:
Post aliquot vero annos Turcos inuadentes (scilicet
in

dera pontis Traiani in Maesia, vt vidimus (a) et Pannonia initia teste Porphirogenito fumebat: nec eo aut commodior, aut brevior Vngaris fugientibus via alia, quam ex Valachia, aut parte Transilvaniae esse potuit. Per haec proinde loca regio Atelcufu protendebatur. (b) Et vero Hungaros post ultimam

in regione Atelcufu (vt ostendit Cl. Katona) Paczinacitae, eos cum principe Arpade persecuti sunt. Turci itaque profligati fugientes, et terram ad collocandas sedes quaerentes, magnam Morauiam ingressi, incolas eius expulerunt, ibique sedes suas posuerunt, tenentque etiam in hodiernum vsque diem, et ex eo tempore Turci cum Pacinacitis bellum non habuerunt.

(a) Lib. I.

(b) Ab hoc itinere, quod Constantinus Hungaris tribuit, vix ac ne vix quidem discedit Turocius: Etenim Constantinus dicit Hungaros Chazaris finitimos in Lebedia, tum Prutum inter et Seregetum in Moldavia; tandem in regione Atelcufu habuisse, subinde in Morauiam magnam transgressos, Haec autem Hungaricae habitationis loca sic figit, vt vbique Hungaris Paczinacitas a tergo incubuisse, et armis obmotis sedes pristinas eripuisse dicat, dum demum Hungari magnam Morauiam ingrederentur. Proinde explorata res est Constantini auctoritate illis locis coluisse prius Vngaros, quae subinde Paczinacitae occuparunt. Iam vero Paczinacitarum sedes haec fuerunt: *Bulgariam versus inquit Const. de adm. im. c. 8. in partibus Danapri et Danastri, reliquorumque illic fluminum Pacinacitae quoque*

mam a Paczinacitis acceptam cladem, superato Danubio in fines Maesiarum et Pannoniae eiec-

que sedes habent. Danapris, Dneper, seu Boristhenes ex Ukraina per Bessarabiae et Tartariae colimitium in pontum exit: Danastris autem, seu Tyras in septentrionali Bessarabiae limite in mare nigrum cadit. In his itaque partibus ut subinde Pacinacitae, ita prius Hungari coluerint, est necesse. *Iidem Paczinacitae Russis, ut idem Constan. l. c. inquit, vicini sunt et contermini: quare nisi pacem inuicem colant, Russiam saepe depraedantur.* *Iidem, ut vidimus, ad Seretum et Prutum, ac demum in regione Atelcufu habitauerunt: ut adeo constet ex Constantino Hungaros a Tanai per Bessarabiam, Tartariam, Russiam, Moldauiam, Valachiam Danubio et Moraviae magnae adpropinquasse.* *Idem licet aliis verbis dicit Turocius, cum sic loquitur c. i. l. II. Transseutes igitur per regna Bessorum, alborum Cumanorum, Susdaliam et ciuitatem Kio nominatam, deinde transferunt Alpes in quondam provinciam, ubi viderunt aquilas innumerabiles. — Exinde montes transcenderunt per tres menses, tandem deueniunt in confinium regni Pannoniae.* *Regnum Bessorum est Bessarabia, regnum Cumanorum Tartariae Europaeae respondet (vide Th. Száski.)* *In hac, scilicet in Siberiae limite ad meridiem diuergunt montes Rymnici, Vral, qui et Aquilarum, Orline Hori, qui iidem sunt forte cum alpebus iis, in quibus propter aquilas innumerabiles manere non poterant.* *Kio est in Russia. Montes alii, per quos eundem fuit, haud diuersi a Moldauicis: licet eos Turocius non nominet: confinium, seu limes Pannoniae est ipse Danubius. Ita Turocius quoque per Bessarabiam, Tartariam, Russiam, Moldauiam addu-*

eiectos, atque inde ab Arnulfo imperatore in auxilium contra Suatoplugum accitos fuisse euictum dabo, si prius, qua in regione Atelcusu vsi fuerint forte, paucis depromsero.

III. Erat annus Christi 888. cum Leo cognomento sapiens Orientis imperator, gravi a Bulgaris bello pressus, in auxilium Vngaros accersuit. Hi, felicissimis auspiciis Danubium transgressi, continuo binis hostes cladibus, vicinos potentiae suae ergo terrore, Europam admiratione ingenti adfecere. Transgressis Danubium dux fuit Arpadus, cuius imperio nixam Hungarorum virtutem his verbis Leo Grammaticus exequitur. (a) Leo
 „ Augustus cum aduersus Simeonem, Bulgaro-
 „ rum regem, bellum gereret: ex Chazaris,
 „ qui auxiliares Leoni aduenerant, comprehensi,
 nari-

adducit Vngaros ad Danubium Transiluaniam prope perstringentem, quem ex opposita parte Pannonia, seu Morauia magna respiciebat. At vero Anonymus Belae notarius longe ab his discedit: quid mirum igitur, si eius narratio dissona externis et domesticis scriptoribus a re, et veritate toto aberrauit caelo?

(a) p: 477. Idem multorum testimoniis confirmat Cl. Prai, et transitum Hungarorum per Danubium affigit ad annum 890. annal. P. III. p. 326.

„ naribusque praecisi, in contemptum Ro-
 „ manorum ad urbem (CPlim) a Simeone
 „ remissi sunt. Quos imperator conspicatus,
 „ et accensus ira, ducem nomine Sclerum
 „ ad Danubii fluminis ripas cum celocibus
 „ misit, munera Turcis oblaturo: et ad ar-
 „ ma contra Simeonem excitaturum. Pro-
 „ fectus ille, et auxilium nactus, cum Ar-
 „ pade, et Cufane Turcorum ducibus, foede-
 „ dere inito, ad imperatorem rediit. — —
 „ Simeone itaque contra Phocae copias pro-
 „ fecto, Turci, traiecto Danubio, totam
 „ Bulgariam captiuam fecere. His auditis
 „ Simeon mouet aduersus Turcos. Illi in
 „ contrariam ripam transeuntes, cum Bulgaris
 „ certamen ineunt, ipseque Simeon in fugam
 „ vertitur, vix Distracae receptus incolumis.
 „ — — Postquam (a) autem iterum cum
 „ Romanorum imperatore pacem Simeon fe-
 „ cisset, foedere cum Pacinacitis inito, terram
 „ Turcorum, qui tunc extra fines regni
 „ sui bellum gerebant, inuadens, familiis
 „ eorum deletis, et, qui ad custodiam relictis
 „ erant, pulsus, late vastauit. Itaque re-
 „ versi

(a) Quae sequuntur, sunt verba Constantini de adm. imp. C. 40.

„ versi Turci, regionem suam desertam,
„ vastatamque inuenientes in ea terra, quam
„ ad hodiernam vsque diem incolunt, sedes
„ posuerunt.

IV. Vetustissimis his monumentis apertissime tenemus: Hungaros, posteaquam rursus a Paczinacitis de stationibus suis deturbati essent, ad nouas, stabilesque sedes quaerendas, ineluctabili necessitate circumdatos, animum appulisse. Itaque, quod felix faustumque esset, desertis septentrionalibus Danubii ripis, terrisque, in meridionalem eiusdem fluminis partem, vbi secundiorem semper adhuc experti sunt fortunam, inque regiones Daciae oppositas superato Danubio transcenderunt, terrasque Pannoniae finitimas, quas nunc forte Seruia occupat, inundant. Istud extra dubitationem ponit Constantinus Porphyrogenitus ab his rebus tam exiguo temporum spatio remotus, vt ingentem fumum e fatali regni Marahanici incendio surgentem prope oculis spectaret. Scribit enim ita, vt nihil expressius: Hungaros ad nouas sedes inquirendas profectos Morauiam magnam adiuisse: Morauiae vero huius initia esse ad Belgradum:

(a) vt adeo ipsa circumstantia itineris, quae sunt verba Cl. Praii, (b) a Belegrado ad Sirmium suadeat Pannoniam, vt mos est Porphyrogenito, accipi debere. Et vero hic esse Morauiam magnam ex positu gentium Hungaris finitimarum libro priore collegimus, ad cuius initia finesque occupandos transcendere Danubium oportuit Hungaros. Quid? quod Hungaris Paczinacitarum potentia e regione sua exactis eadem fuerint sedes, quae erant Longobardorum prius, quam Italiam adirent. Planum hoc facit Constantinus, *tunc*, inquit, (c) *temporis* (cum nempe Narfes Longobargos in Italiam euocaret) *Longobardi Pannoniam incolebant, quae nunc Turcorum sedes est.* Atuero Longobardi antea, quam a Narfete in Italiam acciti fuere, in Pannonia Sauia sedes suas, innumeris veterum testimoniis stabilitas, vna cum imperio constituerunt. (d) Ita dubitare non licet Hungaros cum familias, remque omnem familiarem a Paczinacitis perditam viderent, ius in armis port-

(a) Vid. L. p. 12.

(b) In annal. Hung. p. 362. nota n.

(c) de adm. imp. C. 27.

(d) Cl. Seuerini in Pannonia veterum monum. illus. p. 314.

portantes Danubium superasse, et fortunam meliorem, tempusque opportunum operientes, incertis fere sedibus, prope tamen Pannoniam egisse.

V. Annalista Metensis hoc plena in luce collocavit. (a) Quando enim alias Hungari armis innutriti, aut venando, piscandoque in Auarum et Pannonum solitudinibus victum quaerere: aut Bulgarorum, Marahensium, et Carantanorum fines opportunius incurfare poterant, quam, cum immani rerum suarum iactura facta, et deserta Paczinacitarum vicinia, ipso Danubio ab inuisis hostibus vtcunque defendendi, in fines Mœsiae Pannoniaeque, tum ab Auaris, tum a Suatoplugo in solitudinem redactae (b) excenderunt?

N 3

Ferule

(a) L. I. p. 17.

(b) Egin. Vit. Caro. M. c. 13. de bello Pannonico haec habet: Quot praelia in eo gesta? quantum sanguinis fufum? testatur vacua omni habitatore Pannonia, et locus, vbi Cagani regia fuit, ita desertus, vt ne vestigium quidem in eo humanae habitationis appareat. Tota in hoc bello Hunnorum nobilitas periit &c. Et Annal. Fulden. ad A. C. 883. Dux Suentibaldns in Pannoniam hostilem exercitum infert. — — Ea de Hrapa flumine ad orientem tota deleta est, ferui et ancillae cum par-

Feruebant id temporis magno Hungarorum commodo graues et veteres similtates Suentibaldum inter Marahensium ducem, et Arnulfum imperatorem. Eae subinde in apertam flammam, atque funestissimi belli incendia erupere. Sedes bello grauiissimo delecta est Pannonia: seu quod Arnulfus videret Suentibaldum in propriis eius ditionibus detrimenta belli grauius sensurum, seu quod sciret finitimos Marauanis populos in societatem armorum suorum facilius pertrahendos. Itaque totam belli molem in Pannoniam transfert: (a) Brazlauoni urbem Paludarum in Pannonia

paruulis suis consumpti sunt, „ Apparet ex his vbi Auarum Pannonumque solitudines quaerendae sint: Nam ad Tibiscum quidem has solitudines incassum quaesueris.

(a) Bellum hoc ad Pannoniam pertinuisse docet nos Hermanus contractus: et annales Francofuldenses. Prior apud Canis. ad an. 892. sic habet: Arnolfus rex Pannonias adiens cum „ Zuentibaldum ducem Marahensem iterum sibi re- „ bellantem cognouisset, colloquio cum Braslaucone „ duce Pannoniae vltioris habito, trifariam cum „ tribus exercitibus, Vngaris etiam auxiliatoribus „ nuper illas in partes aduentantibus, per conti- „ num mensem Marahensem deuastat regionem, „ ipse etiam eodem tempore priscam cum Vngaris „ renouat amicitiam. — Annales vero Fuldenses ad „ h. a. apud Franc. Chesnesium T. III. p. 466. haec

nia fitam tuendam committit: (a) Bulgaro-
 N. 4 rum

haec narrant. „ Rex (Arnulfus) cum victoria in
 „ Alemania curte regia Vlma honorifice natalem
 „ domini celebravit. Inde Orientem proficiscitur,
 „ sperans sibi Zwentibaldum ducem obuiam habere.
 „ Sed ille more solito ad regem venire renuit. —
 „ Inde rex irato animo in Hengistfeldono cum Braz-
 „ lauone colloquium habuit: ibi inter alia quaerens
 „ tempus et locum, quomodo possit terram Mara-
 „ vanorum intrare. Consultum est enim, vt tribus
 „ exercitibus armatis regnum illud inuaderent.
 „ Rex equidem assumptis secum Francis, Boioariis,
 „ Alamans mense Iulio Marauiam venit: ibique
 „ per quatuor hebdomadas cum tanta multitudine,
 „ Vngaris etiam ibidem ad se cum expeditione ve-
 „ nientibus, omnem illam regionem incendio de-
 „ vastandam versabatur. „ Cum Arnulfus in Pan-
 „ noniam, seu, vt alter ait, in orientem venerit:
 „ cum ibi Zuentibaldum obuium habere sperauerit:
 „ cum officii huius expers ibidem de bello inferendo
 „ cum Brazlauone consultet: cum Hungari etiam illas
 „ in partes nuper aduenerint, vel, sicut alius habet,
 „ ibidem cum expeditione ad Arnulfum venerint:
 „ quis non videt, qui quidem aliquid videt, totam
 „ hanc belli molem Pannoniae orientalis finibus incu-
 „ buisse?

(a) Annal. Fuld. ad A. 895. „ Arnulfus „
 „ Pannoniam cum vrbe Paludarum tuendam Braxla-
 „ voni duci suo in id tempus commendauit. „ Ni-
 „ mirum beneficio A. nulfii portionem quandam terrae
 „ cum vrbe Paludarum possidebat in Pannonia inferi-
 „ ore Brazlauo. Feruente bello Marahensi, seu hoc
 „ seu serius cum filiis Suentibaldi gesto, Arnulfus pe-
 „ culiariter hanc urbem tuendam Brazlauoni mandat.
 „ Cur? certe irritum fuit, si, quod quidam scripsere,
 „ bella haec ad Vagum fluuium bellabantur.

rum regem muneribus excolit: (a) Hungaris
viam ad Pannoniam Saviam pandit: (b) ipse
a fronte cum Francis, Boioariis, Alemanisque
Pannoniam orientalem intrat: ferro rem forti-
ter agit: caede omnia foedat, nullo fere alio
operae pretio. Nam Suentibaldus contracto,
vt res tempusque finebat, fortissimo exercitu
vim repellere: omnia, quae ducis, quaeque
militis erant, pro virili agere. Inde adeo
Arnulfus post quatuor hebdomadarum spatium
Marahaniam deserit: Vngari vero, obserua-
tis prius omnibus ad Pannoniam viis, (c) seu
in

(a) Annal. Fuld. ad A. C. 892. Misios eti-
am suos (Arnulfus) inde ad Bulgarios, et regem
eorum Ludomir (monet. Assermanus legendum esse
Wladimir et addendum, filium, nempe Simnonem
Wlademiri filium) ad renouandam pristinam pacem
cum muneribus mense septembri transmisit &c.
locum hunc iam libro priore executi sumus: osten-
dimusque ad Pannoniam pertinere,

(b) Luitprandus l. 1. c. 5. hoc confirmat his ver-
bis „ Arnulfus interea earum, quae sub Arcturo sunt,
gentium rex fortissimus, quum Zwentibaldum Ma-
rauanorum ducem — — sibi viriliter repugnantem
debellare nequiret: depulsis his (proh dolor) muni-
tissimis interpositionibus, quas vulgo clusas nomi-
nari praediximus, Hungarorum gentem — — in
auxilium conuocat. „ Clusas has, seu sepimenta
quaedam, in Pannoniis fuisse ostendit eruditissime
Cl Katona hist. Crit. T. 1. p. 145. n. 74.

(c) Hungari interim, obseruato exitu, con-
templatique regionem cordibus malum, quod post-
modum in propatulo apparuit, machinantur. Id ibid.



in regionem Atelcufu, quam, dum Arnulfo operam commodant, a Paczinacitis quidam vastatam ferunt, seu potius, quod infra videbimus, in partes Seruiae regrediuntur; Non dubitauerim has eis partes ab Suentibaldo vltro oblatas, eo consilio, vt ea ex parte hostium securus incumbentem a fronte Arnulfi exercitum debilitaret facilius, dissiparetue: nec prorsus absimile veri Hungaros, imperii orientalis amicos, atque eapropter Bulgaro, eorumque fœderato Arnulfo, vt-cunque infestos, has libentissimis animis terras amplexos, vt in Bulgarorum fines, quum ita occasio ferret, breuior, commodiorque eis via pateret.

VI. Defunctus grauissimo hoc bello Suentibaldus, quo Pannoniae iacturam fecisse quibusdam nullo ductis argumento videbatur, reliquum vitae redintegrandis suis ditionibus dedit, quas non modo non diminutas, sed pluribus regionibus auctas ad filios suos transmisit. „ Filios „ inquit Constantinus imp. (a) habuit tres, et fatis concedens regionem

N 5

nem

(a) De adm. imp. C, 42. Mortem porro huius Svatoplugi omnes adfigunt a. C. 894. Itaque quae

nem suam in partes tres diuisit, filiisque singulis suam portionem tradidit. Maximum natu principem magnum faciens, reliquos vero duos sub eius potestate constituens. „ Filii amplissimarum ditionum succesores, insuper habito patris, quo moriens ad concordiam eos animabat, pulcherrimo consilio, cum pro natura mortalium imperii aequae auidi essent, nec aequa tamen pollerent potestate: odiis primum acerbissimis, deinde armis plus quam ciuilibus se se petere. Nimo plus iam vires suas et opes paternas attriuere; cum Hungari a Seruia egressi (a) et pro conditione temporum gnari: omnia viro-

quae hucusque de Hungaris narrauimus, ea circulo annorum circiter sex sunt includenda, medio cuius temporis vna a Paczinacitis per absentiam clade accepta duas ad memoriam insignes de Bulgaris victorias retulere: ac vice vna Arnulfo regi Germaniae operam nauauere.

(a) Chronicon Aquileiense de Friderico Patriarcha narrans apud Bern. de Rub. p. 453. haec his verbis testatur: „ Iste mirabiliter Ecclesiam gubernauit. Huius tempore — Hungarorum gens, a Seruia egressa in Pannoniam (nempe Saviam) quae adiungitur finibus ecclesiae Aquileiensis, venit. — quos Fridericus Patriarcha repressit. „ Huius Patriarchatum Cl. Prai Ann. P. III. p. 350. protendit ex Assëmano ab A. C. 884. ad 897. cui temporis mirifice congruunt ea, quae de occupata Pannonia, seu Morauia narro.

virorum fortium esse, quae armis anquiri possunt, easdem, quas sub patre Suentibaldo liquerunt, vias relegunt: Pannoniam, et quid quid terrarum ea parte iuris Marahensium fuit, inundant: omnia caedunt: ferro vias vndeque, et ad omnia aperiunt: victoria post homines natos celeberrima Morauiam meridionalem magna ex parte, qua quidem Danubio perstringebatur, in ius, ditionemque suam ferre (a) incipiunt, vno, vt videtur, filiorum (b) Suentibaldi belli caeso.

VII.

(a) Constan. Porph. C. 41. id narrat: „ Post huius autem Sphendoploci mortem anno vno in pace exacto, orto deinde dissidio et bello ciuili, inuadentes Turcae funditus eos extirparunt, regionemque eorum occuparunt, quam in hodiernum vsque diem incolunt „ Quae quidem Constantini verba non nisi de ea regione, quae Pannoniae, et terris a Suatoplugo in meridionali Danubii parte tentis continebatur, intelligenda esse tum ex dictis patet, tum ex dicendis apparebit.

(b) Dandalus edit. Murat. p. 199. Gotifredo ei nomen fuisse innuit. Duorum enim Sphendoploci filiorum: nempe Mogemiri, et Suetobogii, nomina nota sunt: tertii latet. Hic igitur videtur fuisse Gotifredus, de quo circiter an. 910. caeso ita Dandalus „ Dum (Hungari) Carinthiam inuadunt, ultra castrum Leopater, Morauiae dux Gotifredus, duxque Heberaldus cum Aquileiensi patriarcha illis occurrunt. In eo praelio vterque dux occiditur: patriarcha vero fuga saluatus est,

VII. Reliqui fratrum, quanquam omnibus vltra Sauum ditionibus et magna cis Sa-
 vum portione terrae excussi validissimum
 hostem ceruicibus suis imminentem non po-
 tuissent non videre: implacabili tamen odio
 abs se alienati, incredibili caecitate in pro-
 priam ferebantur perniciem. „ Anno (inquiunt
 „ annales Fuldenses ad h. a.) incarnationis Do-
 „ mini DCCCXCVIII. inter duos fratres gen-
 „ tis Marahensium Moymirum videlicet et
 „ Zuentobolehum, eorumque populum dis-
 „ sensio atque discordia grauissima exorta est
 „ ita etiam, vt si vterque alterum suis viribus
 „ insequi, atque comprehendere valeret, ca-
 „ pitalem subiret sententiam. Tunc vero rex
 „ imperator ita sciens Marchiones suos Luit-
 „ boldum scilicet et Arbonem Comitem vna
 „ cum ceteris fidelibus suis parti, quae ad
 „ se spem et confugium habuit, auxilium ad
 „ eorum liberationem protectionemque Baua-
 „ rios suos primates transmisit, at illi more
 „ (in ore) gladii, igneque, prout poterant,
 „ inimicos suos humiliauerunt, et deuastando
 „ necauerunt. „ Sed his flamma inexpiabili fra-
 „ trum odio accensa nequaquam restingui potuit.
 Vix defluente autumnio brama coeperat, ite-
 rum, (prosequuntur annales Fuldenses) ex-
 pedi-

peditione ordinata tempore hiemali Bauarorum principes cum suis fines Morahabitaram fortiter atque hostiliter inuaserunt, et manu valida loca illorum desertantes, praedamque colligentes, domumque reuertentes, habentes ea. „ Truncum annalium Francofuldensium textum Hermanus Contractus his breuissime explet verbis: *Boioarii fines Marahensium byeme vastant.* Verum neque hac expeditione pax inter fratres conciliata: quin vltro procefferunt irae. Stirpis maximus Moimarus minorem natu fratrem Zuentibolchum carceri mancipatum tenuit tamdiu, dum inde a Boioariis vi eximeretur. Rem ex ipso fonte annalium Francofuldensium haurire iuuat. „ Ita illi ad A. C. 899. Denique non post multum temporis Bauarii terminos Maraborum confidenter iterato intrantes, et quaecunque poterant diripiendo populati sunt, „ et Zuentobolchum puerum filium ducis Zuentobolchi, suumque populum de ergastulo ciuitatis, in quo inclusi morabantur, „ eripuerunt, ipsamque ciuitatem igni succenderunt, atque in fines patriae suae pro misericordia secum adduxerunt. „

VIII. Hungari interea, firmatis probe ad Savi ripas, vltroque ad Seruiam proiectis ditionibus suis, fausto euentu expeditionis Italicae ad maiora audenda inflammati, cum temporum callidissimi essent, et fortunae insistendum eo magis censerent, quod proclinata iam per continuas discordias res Marahensis, si modico impetu propelleretur, facillime procubitura penitus effet: vltro occidentem versus in Pannonias se se promouent: haud ignotas, et iam expertas iteratis vicibus belli artes cum Marahanis conferunt: eos in angustum oppido cogunt, Boioariis adhucdum suas in Pannonia terras tenentibus. Gesta haec fuerunt A. C. 900. et circumuoluto vno anno penitus confecta. Atque hoc tempus est, quo primum Vngari in meridionali Danubii ripa latius sedes suas dilatauere, et imperium ab Seruia (nondum enim in oppositis Danubii ripis quidquam terrarum possidebant) prope ad limites Pannoniae superioris explicuere. Hoc exteri scriptores plerique omnes manifeste: domestici non obscure produunt. Hermanus Contractus (a) scribit, „ Vngari — — Pannonias depopulatas occupant. „ Idem Ab-

(a) Apud Canisium ad an. C. 900.

Abbas Vrspergensis testatur: Arnulfus, inquit,
 „ (a) imperator obiit, moxque eo anno
 „ Hungari, morte illius audita, collecto per
 „ magno exercitu, Marauianorum gentem,
 „ quam illorum auxilio Arnulfus imp. sibi
 „ subdiderat, inuadunt, sibi que vendicant. „
 Luitprandus Ticinensis (b) rem fusius exequi-
 tur. Postquam, scribit is, vitalis calor Ar-
 „ nulfi regis membra deferens corpus reddi-
 „ dit exanime: — tanti viri casus vicinos
 „ Hungaros, sicut nec in toto orbe degen-
 „ tes, latere non potuit. Siquidem lethi
 „ huius fama fuit ipsis omni festiuitate iucun-
 „ dior, gratiis omnibus praestantior. Quid
 „ igitur? primo mortis huius — anno, per
 „ magno collecto exercitu, Marauianorum
 „ gentem, quam virtutis eorum adminiculo
 „ rex Arnulfus subdiderat (c) sibi vendicant,
 Boioa-

(a) Ad A. C. 899.

(b) L. 2. C. 1.

(c) Fallitur scriptor Italus, si hac phrasi Marauianos ab Arnulfo sub iugum missos vult significare: ex dictis superius, tum ex ipsa episcoporum Bauariae epistola ad summum Pontificem missa contrarium plane elucescit. Alii quoque scriptores domestici Arnulfo et coaeui Marauianos quidem victos armis Boioaricis, at nullibi subditos scribunt. Caeterum ex his Luitprandi verbis manifeste constat:
 de

„ Boioariorum fines etiam occupant, castra
 „ diruunt, ecclesias consumunt, populos iu-
 „ gulant, et vt magis, magisque timeantur,
 „ interfectorum se sanguine potant. „

Sed haec compendio data, quo explica-
 tius proponantur, paulo digerenda sunt. Ni-
 mirum pressi vndeque in Pannoniis Mara-
 hani, nec a vicinis Bauaris satis tuti, pacem
 a Boioariis deprecantur. Votis suis minime
 frustrati sunt, quamuis serum hoc fuerit con-
 silium. Hungari enim ex discordia hostium
 immensis viribus aucti victoriarum suarum cur-
 su vltiora semper petunt: in Morauos a me-
 ridie, et in ipsa Carantania validissimis armis
 inue-

de iis hic Morauis agi, qui imperium late in infe-
 riore Pannonia habebant, Nam primo designat eos
 Morauos, quos Arnulfus auxilio Hungarorum vi-
 cerat: at hi, vt vidimus, erant Morauii Pannoni-
 enses. Secundo Morauos, de quibus hic agit, di-
 cit Hungaris vicinos: Hungari autem eo tempore
 circa Sauum agebant. tertio dicit Hungaros in Mo-
 rauorum finibus populationem ita circumtulisse, vt
 eodem impetu Boioariorum ditiones aggredierentur,
 quod alibi esse non potuit, quam in Pannonia ad
 communem Boioariae et Morauiae limitem. Adeo
 res est vetustissimis monumentis testata omnia Hun-
 garorum cum Marahenis bella in Pannoniis fuisse
 debellata,

inuehuntur (a) Hic quidem locorum Mars Hungaris anceps diu et periculosus fuit. Nam in Carinthia a Boioariis cum clade repressi (b) mox, cum ditiones Morauorum ingrederentur, ab his haud absimili clade prostrati sunt. (c) Caeterum nouum animis fuscitantes ignem rem suam afflictam illicet restituunt, Marauanisque adeo infeste insistunt, vt Moimarus supremus dux vniuersas copias suas trans Danubium traduxerit, relicta spoliis hostium Pannonia sua, quam adhuc Drauum inter et Danubium possidebat: cui succedentes continuo Hungari cuncta haec terrarum ad Pannoniam vsque superiorem in ius suum, imperiun- que transtulere.

VIII.

(a) Continuator annal. Fuld. apud Hansiz G. S. T. I. p. 180. ait., Generale placitum Ratisbona ciuitate habitum est. Ibi inter alia missi Morauorum pacem optantes peruenerunt. Quod mox, vt petierunt, complacuit, et iuramento firmatum est. — — Interdum vero Vngari australem plagam regni illorum Carentanum deuastando inuaserunt. ad an. 901.

(b) Hermanus Con. ad an. 901. ita scribit: Vngarii Carentanum petentes commissa pugna victi caesique sunt. Quod Chronographus Saxo ad an. 902. reicit dicens: Vngari Carentaniam inuadunt, et commisso in sabbatho paschae praelio occiduntur.

(c) Vngari Marahenses petunt, pugnaque victi terga verterunt. Her. Con. apud Canis. ad an. 901.

VIII. Omnes autem has, quas cum Marahensibus conferuere Hungari, pugnas hucusque in Pannonia initas fuisse iam ex Luitprando vidimus, et plura ostendunt. Quocumque enim circa id aeuum circumtulere militaria signa Hungari; ea ex Pannonia etulisse, et confecto bello in Pannoniam retulisse produntur. Testes sunt annales Fuldenses. Auari, inquit (a) qui dicuntur Hungari, tota deuastata Italia — — eadem via, qua intrauerant, Pannoniam, et maxima parte deuastantes, regressi sunt. „ Quod alibi luculentius exprimunt, quum narrant (b) Vngaros ultra Anesum maximo cum exercitu Boioariam inuasisse: ferro, flammaque omnia vasta redidisse, tandem ad sua in Pannoniam, unde venerant, rediisse. „ Nihil ab his seorsim patrii annales sentiunt. Turocius Arpadum supremum Hungarorum, Pannoniam ingredientium ducem, caeso Suatoplugo prope Albam in Pannonia castra defixisse, et locum habitandum delegisse scribit: (c) Simon de Keza (d) posteaquam Marotum Suatoplugi patrem nunciato

(a) Ad an. C. 900.

(b) Murat. T. II. p. 576.

(c) P. II. c. 3.

(d) Edit. Budens. a Cl. Alexio Horanyi adornatae et notis illustratae p. 65.

ciato infelici filii fato, dolore euictum, et Veszprimii rebus humanis exemptum narrasset; mox principio libri sequentis censet Hungaros ab Vngo profectos, Danubio ad Pestum traiecto, quoddam Suatoplugi castellum vi in deditionem adegisse: Arpadum autem finitimas Albae plagas obtinuisse. Id ipsum peruetustus author exprimit a Cl. Praio excitatus. (a) Quo utique scriptores hi ostendunt Morauos et rerum in Pannoniis potitos, et ibi ab Hungaris pugna victos: licet in eo prorsum a vero abeunt, quum censent Suatoplugum belli cecidisse. Nam Senioremi violentis defunctum fatis: iuniorem a Boioariis in Bauariam abstractum vidimus. (b)

Quod vero scriptores hi quasi pro confesso habent: Hungaros acceptis prius in deditionem terris omnibus, quae ad septemtrionalem Danubii ripam sitae Carpato proxima-

O 2 bant

(a) In Differ. p. 7. Diss. 1ma.

(b) Error de occiso belli Zuentibaldo irrepsit in chronica domestica exeraque probabilius ex Reginone, qui ad an. 900. narrat Zuentibaldum Arnulfi filium, Lotharingiae ducem circa Mosam caesum. Quod iuxta fert continuator annalium Francofuldensium, Hermanus Contractus, aliique posteriores.

bant, tum primum in Pannoniam arma victoriasque transtulisse: in eo quidem ab eo, quod res est, toto aberrant cœlo. Viuente Arpado nihil terrarum in septentrionali et Tibiscana Hungaria possidebant Hungari. Quod de eruto ab Vngaris Morauiae regno prodidere memoriae scriptores, totum hoc ad eam pertinet Morauiam, quae in Pannoniarum et Maesiarum regionibus instituebatur; cuius ruina ut ut grandis, nequaquam tamen traxit Morauiam septentrionalem Danubio à meridionali separatam. Huc imo Morauii de fastigio Pannoniarum deiecti se se recepere: quod quamuis supra sic satis euolutum, paulo tamen vberius, et in loco, est disquirendum.

„ Hungari (a) tota deuastata Italia — —
 „ Pannoniam regressi sunt. Missos illorum
 „ sub dolo ad Boioarios pacem optando re-
 „ gionem videlicet ad explorandum. Quod
 „ prohi dolor! primum malum, et cunctis
 „ retro transactis diebus inuisum damnum
 „ Boiouarici regni contulit. Igitur ex impro-
 „ uiso cum manu valida, maximo exercitu
 „ ultra Anesum fluiuium regnum Boiouaricum
 hosti-

(a) Aanal. Fuldens. ad an. 900, Analecta, Vindob. T. I.

„ hostiliter inuaserunt , ita , vt per quinquaginta miliaria in longum et in transuersum , igne et gladio cuncta caedendo et deuastando , iam vna die prostrauerint. Quod comperientes vltiores Boioarii , dolore compulsi , e contra festinare disponunt : Sed hoc Vngari praecognoscentes , cum his , quae depraedauerunt , redierunt , vnde venerunt , ad sua in Pannoniam. Interim vero quaedam pars de exercitu illorum de aquilonari parte Danubii fluminis , partem illam deuastando prorupere. Quod vt Luitpoldo comiti compertum , moleste hoc patiendum ferens , contra exisse cum quibusdam primoribus Boiouariorum , vno tantum Richario Patauiensis sedis episcopo comitante , vltra Danubium eos in sequendum se transponit. Confertoque illico cum illis praelio nobiliter dimicatum est , sed nobilius triumphatum — vt MCC. gentilium inter occisos , et qui se in Danubio merserant , perempti inueniantur. „ Euietum hoc monumento est Hungaros , posteaquam e Boioaria praeda graues in Pannoniam rediissent , ad aquilonarem Danubii ripam praedarum causa e Pannonia procurrisse : ibi a Boioariis ferro , vique caesos , quosdam , dum

reditum per Danubium ad suos moliantur, aquarum violentia haustos. Quod si terrae trans Danubium Pannoniae obiectae Hungarorum fuere, cur Hungari e Pannonia praedarum causa ad eas exscendant? cur etiam Boioarii, ceteroquin Marahensium faederati, Danubium superant ad depellendos ex aquilonari ripa Hungaros? An vel Boioarii ad Vngaros, suis satis ditionibus munitos tam facile accessuri; vel Vngari in aquilonari Danubii parte fusi fugatique per Danubium potius cum manifesto vitae discrimine, quam ad vltiores Hungariae septentrionalis oras ad suos auxilii causa properaturi erant?

IX. Deinde cum septennio abhinc Ludovicus imperator tot Hungarorum in Germania provincias excursionibus irritatus bellum in ipsam Pannoniam transferre certus vtraque Danubii ripa infestum exercitum in Pannonias infudisset; Vngarique nihilominus vim vi opposcentes Boioarios prope interneccione deleissent, (a) antequam reliquias cladis ad interiora Bauariae persequerentur, prius,
nam

(a) Vide totum hoc bellum descriptum apud Cl. Prati in annal. Hung. p. 346. et Cl. Katona his. Duc. T. I. p. 276.

nam tres dies pugnatum est. *Danubium transgressi, Luitpoldum, legatum Ludouici cum omnibus copiis in castris trucidant.* Iam si adfitae septemtrionalibus Danubii ripis terrae Vngariſ parebant, cur hi clanculum, amico noctis silentio vſi, flumen transgrediuntur, vt Luitpoldum, alterius partis ducem, eodem impetu obruant? Vtique miles Hungaricus ſiue Marahaniae in praefidium relinqui, ſiue hoſti ex aquilonari Danubii parte tendenti pro ſepimento terrarum Hungaricarum obſtici debebat; iſque haefiſſet ſuis in arcibus ocioſus, nec fuiſſet, vt ſocius ac gentilis exercitus, caedendo hoſte alioquin feſſus, noctu Danubium ſummo cum discrimine ſuperare cogatur ad opprimendum Luitpoldum. Quid? quod Luitpoldus in aquilonari Danubii parte tendens, ſi illae partes prout Pannoniae obſiciebantur, ad Vngaros pertinebant, in hoſtico fuiſſet, et quod hinc ſequitur, alterum Hungarorum exercitum a fronte; ex latere alterum, Danubio quidem ſeparatum, ſed vicinum tamen, habuiſſet. Quis iam animum inducat, Luitpoldum, prope intra telorum hoſtilium iactum conſtitutum, ſic nihilominus in vtramuis aurem dormiſſe, vt ſe prius ſanguini ſuo innataſſe, quam hoſtem in

castris esse sentiret? Quid? quod Hungari tertio etiam exercitu Boioarico, ipsum Danubium occupante, eodem impetu deleto, terrorem, vastitatem, incendia, caedes in ulteriore continuo Boioariam tulerint, inde mox ad domandos Bulgaros sint effusi, quin vel praesidia sua Marahaniae arcibus impouerint, vel populos, quominus exutis rursum induerentur armis, vlllo vinculo adstrinxerint, quae nisi prius effecta dentur, haud equidem regnum quodpiam occupabitur. Quid? quod longe ab hinc tardius Vngari exercitum suum Morauiae praedarum causa infudisse legantur. (a) Nemo autem vt opinor, in suo praedas legit. Quare circiter eam aetatem, qua Vngari Bauariam depopulati sunt victo Ludouico imperatore, vt Morauos in Septemtrionali Danubii ripa late imperitasse, ita Hungaros iam in Pannoniae Sauiiae, Morauiaeque meridionalis possessione firmatos fuisse procul est dubio.

X. Et hi quidem magis semper magisque in Boioariae terras ius armis propagabant felicissimo semper Marte vsi. Annus demum
ter-

(a) Cl. Prae L. annal. III. p. 354.

tertius et quadragesimus supra nongentesimum ostendit Hungaros vinci posse. *Omnis enim Agarenorum* (hoc est Hungarorum) *exercitus*, si Hepidanum sequimur, (a) a Boioariis occisus est. In Boioaria igitur cum nihil se posse viderent Hungari, itum in Carentanos est. Sed pari, vt anno priore, fortuna. Duces, quos aduersum proficisci iussit Bertholdus Boioariae dux, ita feliciter rem gesserant, ut Hungarorum copias pene omnes deleterent. Cladis magnitudinem continator Reginonis (b) ita expressit: *Ungari*, inquit, *a Carentanis tanta caede maectantur, vt nunquam a nostratibus antea taliter infirmarentur*. Sed maiorem cladem fuisse postea ex euentu cognitum fuit: abhinc enim Hungari meridionalem Morauiam, partemque Pannoniae deseruere. Sedesque suas trans Danubium traduxere. Istud ex Constantino Porphyrogenito, quem Pagius hoc anno solum orientali imperio praesidere caepisse scribit, (c) qui-

O 5

que

(a) Ad an. 943. Vide etiam Cl. Prai annal. P. 3. p. 358.

(b) Ad an. 944. Idem ad eund. an. referunt Conradus Vrspergensis, Cosmas Pragensis, et Chronicon Salisburgense.

(c) In Crit. Baron. ad an. 944.

que his annis librum de administrando imperio ad filium scripsit, ex Constantino, inquam, teste coaeuo haurimus, cuius haec verba sunt: (a) *Ad cursum fluminis extat Sirmium, quod Belegrada abest duorum dierum itinere: inde Moravia baptismo carens, quam Turci deseruerunt, cuiusque princeps olim fuit Spendoplocus. Equidem, ne quid diffimumlem, in versione latina, quae in bibliotheca Byzantina habetur, non legitur deseruerunt, sed vastarunt. At enim doctissime obseruauit Cl. Affemanus (b) Graecum textum genuinum hunc esse: ἢν καὶ ἐξελίφον οἱ τῆρον. Id est: quam Turci deseruerunt. Ac proinde hoc argumento chronologico id euictum pergit: *Et vastarunt quidem, quando Turci in Morauiam irrupere sed eam vastatam postea deseruerunt, dereliquerunt inde recedentes, aut potius a Boiis expulsi, nam teste continuatore Regionis anno 944. Hungari a Carantanis tanta caede maciantur, ut nuquam a nostratibus antea taliter infirmarentur. Haecenus Affemanus. Huic per omnia consentit annalium Hungariae conditor Cl. Praius. (c) Quae*
 omnis*

(a) C. 40. de adm. imp.

(b) Kalend. Eccl. T. III. p. 328.

(c) Annal, P. III. L. II. pag. 362. nota. n.

omnis doctrinae abundantissimorum viro-
 rum sententia aliis etiam Constantini verbis miri-
 fice fulcitur. Cum enim Augustus hic scriptor
 Turcis primum ad orientem Bulgaros, ad
 septentrionem Pacinacitas, Croatas ad meri-
 diem, Francos ad occidentem circumdedisset,
 qui Hungarorum situs nusquam gentium, nisi
 in magna Moravia ultra Sauum protensa Boiis,
 seu Francis Pannonias tenentibus esse potuit:
 alibi subinde iisdem Hungaris ad meridiem
 iam magnam Moraviam obtendit, quo claris-
 sime ostendit Moraviam meridionalem, et ex
 parte Pannoniam iam tum ab Hungaris deser-
 tam fuisse. (a) Non minimum rem hanc illu-
 strat epistola Agapiti II. Papae A. C. 946.
 summi pontificatus honore insigniti. Reddi-
 dit eam pontifex maximus Gerardo archiepi-
 scopo Laureacensi. (b) Docet in ea ponti-
 fex ad episcopatum Laureacensem vetustissi-
 mo iure pertinere eas, quas eidem confir-
 mat, regiones: docet easdem regiones ingen-
 tibus bellorum, procellis inuolutas fuisse; at
 iam tranquillitatem eis adfulsisse: (c) docet
 deni-

(a) V. L. I. C. I. n. IX.

(b) V. L. I. C. 2.

(c) Modo autem mortalibus propitiante Chri-
 sto ab hostibus sanctae Laureacensis Ecclesiae quiete
 et inhabitandi securitate concessa. &c.

denique eas regiones, quibus tranquillitas reddita est, vocari Pannoniam orientalem, regionemque Auarorum, atque Maraharorum. (a) Epistola vero haec pertinet ad a. C. 946. (b) Docet itaque pontifex dicto iam anno ab hostium tumultibus liberam, ac proinde desertam fuisse Pannoniam orientalem, et Maraharorum regionem. Alioquin ideo illam confirmat Archiepiscopo Laureacensi. Porro Maraharorum regio non est hic ea, quae hodiernae Nitriae circumfundebatur, vt libro priore vidimus. Nec enim ea dicto anno ab Hungaris deserta esse potuit, quae nondum eorum imperio parebat, vel si iam in ius Hungaricum ibat, incendiis bellorum flagrans ea tranquillitate non gaudebat, vt doctrinae Christianae excipiendae accomoda esse potuerit. Taceo, quod id temporis Nitrienses plagae Moraviae nomine censae proprium episcopum habuerint nomine Siluestrum: (c)

pro-

(a) Prouidentiam orientalis Pannoniae, regionemque Auarorum atque Maraharorum — tibi — credimus.

(b) Pezsius T. I. anecdot. p. 3. Hanfizius Germ. S. T. I. p. 197.

(c) Augustinus Morauus O'omucensis et Brunensis ecclesiae praepositus in sui serie episcoporum
Ulo-

proinde nequiverit ab Agapito II. iurisdictio
 praefulis Laureacensis eo extendi. Rebus his
 ita expeditis certum manet: Hungaros anno
 hoc nempe a. C. 944. postea quam interne-
 cinam prope cladem ab Carantanis accepis-
 sent, desertis Moraviae ad Maesiam fixae, et
 cui praeterea immittebatur, Pannoniae orien-
 talis arvis sedes trans Danubium maiori ex
 parte transtulisse, et regionem Iazigum Me-
 tanastarum a Slavis ea tempestate cultam,
 atque eam Daciae portionem, per quam Mo-
 rauorum ditio se porrigebat, infedisse.

X. Ancipitem hic locum ingressus sum;
 veritatem tamen professio non transiliendum.
 Nascitur enim hic difficilis quaestio varie apud
 patrios exterosque scriptores iactata: an sci-
 licet Slavi Hungaros, alioquin clade Caren-
 tana nimisquam adstrictos, hospitio acceperint?
 Timonis de ea re verba (a) haec sunt.

Hun-

Olomucensium haec habet: Silvester Morauorum
 episcopus secundus Ioanne vita defuncto episcopa-
 les infulas a. C. quadragesimo secundo supra non-
 gentesimum suscepit, episcopatuque decem et no-
 vem annos praeledit. Vide item Cl. Aßemanum
 in Kalend. eccles. T. III. p. 171.

(a) In imag. antiq. Hung. L. 3. C. 3.

Hungari antequam depopulationem vastitatemque regnis illis (Boioaricis) intulissent, cum Slaus Morauiam, Vagum, Ntram, caeterosque amnes usque ad Tibicum accolentibus societatem coiuerunt acceptis ad habitandum, ut mox docebo, planioribus Vngariae tractibus, qui ad Danubium pertinent., In firmamentum sententiae suae adducit testes graues, coaeuos, oculatos: Praesules nempe Boioariae, qui in sua ad summum Pontificem epistola libro priore a nobis recitata expressis haec confidentur verbis, ipsi, inquierentes, Slaus Hungarorum non modicam multitudinem ad se sumpserunt, et more eorum capita suorum pseudochristianorum penitus detonderunt, et super nostros Christianos immiserunt etc. Pauca super haec in eandem epistolam commentatus Timon tantorum testium autoritate permotus haec subiungit., Receperunt itaque Hungaros hospitio Slaus illi, quos supra descripsi. Octingentis iam annis in vtraque fortuna focii vtrique populi. Stant vna labantque. Non pauci postea ex posteris gentis nobilitate ornati, opibusque aucti parentes extiterunt familiarum et copiosarum, et hodie perantiquarum; quae quidem non minus patriae praestant, quam debent. Valent enim con-

filio,

filio iuris interpretandi, dicundique facultate. Sine illis frigent fora, algent curiae. „ Haecenus Timon, qui a quouis viro studii partium alieno facile omne tulisset punctum, si verba epistolae praefulum Boioariae Slavis Vagi, Tibiscique accolis non accomodasset. Hoc vnum est, quod Timoni concedi nequit. Etenim epistola dicta exarata fuit, vt passim visum eruditis. A. C. 900. Nec anteriore, nec ea adhuc tempestate Hungari ad Tibiscum Vagumque colebant. Anno demum 944. accisi in Pannonia, et Moravia meridionali illic sedes suas fixere. Non agit igitur recitata epistola de Slavis Nitriae, Tibiscique accolis: agit autem de illis Slavis, qui duce seniore Suentibaldo, aut eius filio Moimaro in Pannoniis, et iacente illic Marahania a Boioariis pressi, cum Vngaros insuper contra se euocari, et Arnulfi iras ad se ab stirpe delendos procedere cernerent, omnem honestam rationem expediendae suae salutis in extremum discrimen adductae ducentes faedus cum Hungaris pepigere: vna Boioariis arma obmouere, re eis ex animi sententia cedente. Caetera, quae Timon habet, veritati apprime consonare mox videbimus.

XI. Cl. Praius in contrarium a Timone abit. Scribit enim his verbis (a) *Sunt Slati, qui in Hungaria degunt, Marabanorum reliquiae, ac primo Hungarorum aduentu in eas, quas hodie tenent plagas, retrusi, postea autem, ut Belae notarius habet, armis deuicti, ac, ut ex forma reipublicae liquet, sensim ab Vngaris in ciuitatem cooptati.* „ Dicta porro isthaec, reiecto Timone, fulcit autoritate Anonymi Belae regis notarii, et Constantini Augusti. Pace celeberrimi annalium patriae conditoris dicam, et spero, pro candido suo, et veri apprime studio, quem optime noui, animo, aequi consulet, si quae contra sentio, depro-
mam. Constantinus loquitur de Marahanis eius Morauiae, cuius initia: fixit in Sirmienti prouincia. Ibi Marahenses victos fuisse vidimus. Hoc nullo pacto ad oras Tibiscanas aut Vaganas extendi potest: nec de his partibus verbum Constantinus. Deinde vt libro primo vidimus, longe ante Marahensium aduentum Slati plagas Tibiscanas, Nitriensesque tenuere. Denique ipse Cl. scriptor diploma profert regis Belae IV. qui pro sapientiae suae abundantia „ *de cunctis mundi partibus homi-
nes*

(a) In suppl. annal. Dissert. VII. §. I.

nes — ad repopulandum terras depopulatas, et habitatoribus vacuas edicto regio conuocare studuit. (a) Itaque Slauī Hungariae indigenae Marahensium reliquiae nullo modo dici possunt. Veniamus iam ad Anonymum Belae regis notarium: finamus eius auctoritatem valere in constituendis rebus Slauicis, quam in rebus Hungaricis magno rerum et verborum apparatu reiecimus. Vbi, quaeso, Belae notarius habet: Slauos armis deuictos? Age, excutiamus loca, vbi de Slauis agit. De Vngensibus C. 12. sic loquitur: *Sclauī vero habitatores terrae — sua sponte Almo duci se subiugauerunt, eo quod audiuerant Almom ducem de genere Athilae regis descendisse: — et narrabant Almo, — qualiter ipsi Sclauī de terra Bulgariae conducti fuerunt ad confinium Ruthe- norum.* (b) C. XX. de Bihorien-sibus haec habet:

(a) In eadem differ. pag. 129. nota d. Quod porro ad numerum locorum a Slauis cultorum attinet, eum melius Turocio definit Belius, cuius si vel compendium Geographiae legatur: id, quo paragra-phus primus dictae dissertationis concluditur, apparebit continuo esse falsum.

(a) Ex hoc loco satis constat, Slauos dominiū Bulgarici impatientes fuisse. Iam si sub Bulgaris Anonymi intelligantur Marahani, quos e Bulgaria ad regionem Iazigum progressos diximus: verum quo-

habet: *In eodem loco fere omnes habitatores terrae se sua sponte eis (ducibus Arpadi) subiugauerunt. C. XXVII. de duce Gelu in Valachos et Slauos in Dacia imperium exercente ita inquit: Ducem Geloum iuxta fluum Copus interfecerunt: tunc habitatores terrae — sua propria voluntate dexteram dantes dominum sibi elegerunt Tubutum patrem Horca. C. XXXIII. sic scribit de Neogradienfibus: Tunc omnes Slaui habitatores terrae, qui primo erant Salani ducis (a) se sua sponte subiugauerunt eis. Tunc Cadusa, nec non Huba melioribus habitatoribus terrae diuersa dona praesentauerunt, et ne ignoremus arctam fuisse initam societatem, ipsos secum in expeditionem duxerunt. C. XXXVII. posteaquam Nitriam vi expugnatam narraffet, subiungit finitimos Nitriae populos timore quo-*

quoque id erit, quod Timon docet L. 3. C. 2. antit. Hung. Slauos Quadorum posteros dominatum Morauorum aegre sustinuisse. Ex quo simul apparet ratio, cur Slaui mox in primo ad se aduentum Hungaris se coniunxerint: simul etiam firmatur authoritas Timonis, idem, quod Anonymus habet, aliis verbis narrantis. Timonem quidem Anonymi historia latebat, sed quoniam cum Anonymo sensu concordat, patet eum sua ex vetusto quodam scriptore desumfisse.

(a) Ex hoc rursus apparet Slauos dominatum Bulgaricum seu Marahanicum exosos fuisse.

quodam percussos: et eos quidem, qui nobilitate eminebant, obsides filios suos dedisse: alias autem omnes nationes se subiugasse usque ad fluvium Wag. Arpadum nihilominus consilio suorum terras Nitriensibus reddidisse, ne aliquando infideliores facti nocerent sibi (Arpado) fidelibus. (a) C. LI. narrat ducis Bihoriensis Menumoroti filiam cum Zultano Arpadi filio in manus conuenisse: ac eapropter, cum vnica haec filia Menumoroto fuerit, Zoltanum dotis nomine ditiones Bihorienses accepisse. C. L. confitetur quidem, posteaquam Hungari Danubium superassent, Slauos Pannonienses cladibus attritos regna Hungaris concessisse: sed hoc est, quod e Constantino quoque didicimus: quodque cum Tibiscanis, Nitriensibusque nihil omnino affine habet. C. XLIII. singularem prorsus rem attribuit Arpado his verbis: *factum est gaudium magnum per totam curiam ducis — et epulabantur quotidie Hungari vna cum diuersis nationibus.*

P 2

Et

(a) Vnus hic locus est, in quo Nitrienses Boemos et Slauos vi ad deditionem adactos scribit Anonymus: mox tamen nobilitate et ciuitate Hungarica donatos narrat, quorum fatum, si etiam vera fert Anonymus, cum fuerit singulare, ad vniuersos Slauos traduci non potuit.

Et vicinae nationes audientes facinora facta eorum, confluebant ad ducem Arpad, et pura fide subditi seruebant ei sub magna cura, et plurimi hospites facti sunt domestici. Ex quibus apparet, quantum Arpadus sapientia valuerit, qui plus praesidii in amicitiiis iungendis caritateque suorum, quam in armis reposuit. Haec Anonymi fide, qui licet pro conditione temporum, quibus vixit, durioribus verbis styllum asperauit: intimius tamen inspectus Slauos Tibisci, Vagique accolae armis victos nullibi docet. Quo vna confit id quoque, quod Cl. Praius subdit Slauos *sensim* ab Hungaris in ciuitatem cooptatos a vero abhorrere. Hi enim sub primum iam Hungarorum aduentum vnam vtrique fecere ciuitatem, quod iam videbimus.

XII. Multis ante temporibus, quam Pannoniam attingere, magna amicitiae vetustate coniuncti fuere Chazaris Hungari. Quapropter, Cabari, gentiles Chazarorum, armis civilibus e suis ditionibus exacti Hungaris se iunxerunt. (a) Chazari porro fuere Slauici gene-

(a) Haec fufe deducit Cl. Praius Annal. P. III. pag. 307, item in supplem. Differ. V. Alii passim.

generis populus. Nam quanquam Chazaris Turcorum nomen saepissime indant Byzantini scriptores, quo vno fere vtuntur argumento, qui Chazaros Hunnis ingerunt: id tamen omni cassum esse robore iidem ostendunt historici, dum vagam plerumque et confusam notionem id genus gentium appellationibus subiiciunt. Certe iidem scriptores Auaribus saepiculae Slauorum cognomentum adiunxere, et Chazaros Bulgarorum insigniuere nomine: in quo si quaedam vis esset, vt Auares ad Slauos; ita Chazari ad Bulgaros, Slaui-
cam gentem, indubie referrentur. Ne autem id genus nominibus in errorem prolabamur, sapienter monuit Georgius Cedrenus (a) Turcos Orientales Chazaros appellari, distinguendosque esse a Turcis occidentalibus. Quare transmittendum est nomen, quo interdum appellantur a scriptoribus Chazari; magis eorum origo, linguaque, quae vsu apud eos eualuit, indaganda erit. Iam quod ad originem Chazarorum attinet, Sarmatici eos fuisse generis testatur Theophanes (b) scribens *numerofam Chazarorum gentem ex inte-*

(a) In compend. hist. §. 117. p. 327.

(b) Apud Striterum in Chazaricis. C. 1 §. 5.

viore *Berseliae*, quae est primae Sarmatiae erupisse. Sermonem eorum prodidit Cyrillus philosophus gentis Chazaricae in religione christiana institutor primus, nusquam Hunnorum, sed semper Slaucarum gentium dictus *Apostolus*. Cyrillus hic, rogatu gentis Chazaricae ab Michaelae Graecorum imperatore missus, posteaquam linguam eorum condidicisset, christianam religionem eos edocuit. (a) Ab his progressus ad Bulgaros, tam hos, quam Morauos, a quorum principe Radislao euocabatur, religionis principiis, simul Slaucarum literarum elementis imbuunt. (b) Slauiça igitur lingua Bulgaris, Slauiça Morauis doctrinam Christi exposuit; Slauiçam proinde apud Chazaros condidicit. Nam ubi demum gentium, nisi apud Chazaros? Accedit: quod hanc linguam vsu valuisse apud Chazaros

Con-

(a) Acta S. S. ad 9. Martii haec habent: in vita S. Cyrilli 2do. loco, §. II. Vir autem (Cyrillus) clarus iter arripiens venit Gersonam quae Gazarorum terrae vicina et contigua erat, et ibi gratia discendi linguam illius gentis est aliquantum commoratus. „ Narrata dein Gazarorum conuersione ait, Egressus itaque primo venit ad Bulgaros, quos — conuertit ad fidem, Et iterum „ inaudiens Rastislaos princeps Morauiae &c.

(b) Ibidem.

Constantinus ipse innuit, quum dicit a Ca-
 baris Turcos Chazarorum linguam edoctos
 fuisse: intercessisse autem ingens inter vtram-
 que discrimen ex eo confit, quod mox sub-
 iungat Turcos vti lingua Chazarorum; *alia*
item lingua Turcorum. (a) Inde adeo Hun-
 gari participato a Chazaris, apud quos de-
 gebant, vocabulo, Boebodum, seu Voie-
 uodum ducem belli appellarunt. Nam illud
 vocabulum vel a se, vel a Chazaris accepe-
 re. Non a se. Slaucum enim est. Igitur
 a Chazaris, quorum sermone utebantur.
 Atque hi primi fuere Slaucici populi, cum
 quibus vetustum hospitium Vngaris intercessit.

XIV. Ipsi quoque Slaui armis Boioario-
 rum petiti, quo facilius vim Teutonum re-
 tunderent, Hungaros, vt vidimus, in socie-
 tatem adsciuerunt. Ardente vero ciuili bello
 Morauia Pannoniensi, auxilium minimo filio-
 rum Suentibaldi adportaturi, cum in Baua-
 riam eum abstractum cognoscent, in Moima-
 rum arma stringunt, eum de Morauiae Pan-
 noniis adnexae fastigio depellunt: in Boioariae
 prouincias se se infundunt: sed, vt nun-

P 4

quam

(a) Locum totum vid. apud Cl. Prai cit. l.

quam diuturna est nimia felicitas, semel atque iterum ingenti clade profligati Moraviam totam Moimari, vt supra dictum, et ex parte Pannoniam deserunt, se se transmissio Danubio in regione Iazigum Metanastarum, parteque Daciae collocant: iure vetusti hospitii, quod Slavi ad superstitionem vsque coluere (a) cum his se iungunt, et quod equitatu praevalerent, acceptis planioribus ad habitandum locis, bellorum summa ad Ungaros delata, in vnam ciuitatem faederibus (nec enim is eorum tunc status erat, vt armis decernere possent) coalescunt.

Atque hoc est, quod ipsi patrii, iique vetustissimi annales sub inuolucro quodam proponunt, si rem ipsam magis, quam circumstantias rebus adnexas, non optime sane consarcinatas spectemus. Narrant hi Ungaros in primo aditu ad Tibiscum terram, et aquam ab iis, qui summae rerum in Iazigia praeerant, petiuisse. (b) Atqui haec solennis fuit Asiaticarum gentium, ex quibus
Hun-

(a) Kollarius in Hist. iurisque publici amoenitatibus Vol. 1. pag. 67.

(b) Anonymus C. 14. Turocius Chron. P. II. C. 3.

Hungari venere, hospitium petendi formula.

(a) Petiere igitur Hungari sibi, suisque pe-

P 5

cori-

(a) Rem hanc docet Herodotus., Megaby-
sus, (inquit L. 5.) nuncios in Macedoniam sep-
tem Persas milit ad Amyntham petiturus regi Da-
rio terram et aquam. — Et Persae vbi perue-
nere, in conspectu Amynthae, ad quem mitteban-
tur, regi Dario terram et aquam petiere. Amin-
thas et ea dedit, et homines in hospitium voca-
uit, — Persae, postquam a cœna ad potum per-
uenere, hospes, inquiunt, Macedo — quoniam
libenter excepisti nos — regique Dario et terram
das et aquam, sectare consuetudinem nostram.,
et L. 7. Xerxes — principio caduceatores dimisit
in Graeciam petitum terram et aquam. — Vbi com-
plures dies circa Pieriam est commoratus, — eo-
dem legati, qui dimissi in Graeciam fuerant ad ter-
ram petendam, regressi sunt partim inanes, partim
terram et aquam afferentes, quam qui dederunt,
eorum hi fuerunt; Thessali, Dolones, Eniensis,
Paraebii, Locri. — — Ii, qui terram et aquam
dederant Persae, fiduciam animo praesumebant,
tanquam nihil ingratum passuri a Barbaro, qui non
dederant, magno in metu versabantur., „ Cum por-
ro Xerxes bello Athenienses maxime peteret, pro-
num est conicere his eum verbis hospitium, et
quandam cum vicinis societatem postulauisse; quo
tutius Athenienses suae subderet potestati. Ea
propter etiam, dum Dario petenti terram Aeginetae
concessissent, „ continuo Athenienses irritati sunt,
quod putarent hostili in ipsos animo dedisse ter-
ram et aquam Aeginates, vt vna cum Persa ad-
uersus Athenienses militarent. Itaque libenter oc-
casionem contra Aeginates amplexi spartam pro-
fecti illos insimulauerunt, quod ex eo, quod fece-
rant, Graeciam prodidissent., L. 6.

coribus hospitium, nec illud non obtinere. Vnde Anonymus (a) Menemoroutum sic inducit loquentem: „*Dicite Arpadio duci Hungariae, Domino vestro: debitores sumus ei, ut amicus amico, in omnibus, quae ei necessaria sunt, quia hospes homo est.* Et Turocius refert: (b) ducem Moraviae gauisum fuisse de aduentu Hungarorum, quod existimaret eos venire tanquam rusticos, qui terram suam colerent. Ita ipsi annales patrii sunt testimonio Hungaros non vt hostes, sed ut amicos, hospitesque regionem Metanastarum ingressos fuisse, et cum Slavis iuxta terras habuisse.

XV. Haec omnia maiorem in modum stabiliuntur a Cl. Kaprinaio, cuius ipsa hic verba adferam. Ita ille: (c) Tokaium castrum olim ad oppidum sui nominis in confluente Tibisci et Bodrogi situm, vnde et nomen accepit, si e Slauico sermone deriuetur: Tokai enim Slavis confluentem significat. Hoc nomen verius esse diploma quoddam

(a) C. XX.

(b) P. II. C. 3.

(c) Hung. diplom. T. I. p. 156. nota K.

dam testatur. Accedit, quod castrum a Slaus conditum sit. — Certum enim est Iazigas hoc incoluisse, qui Slauicae gentis erant, permixtosque postea cum diuersis linguae eiusdem nationibus diu terram obtinuisse, nec cessisse Hungaris, nisi per pacta conuenta, vt alibi demonstrabimus. „ Licet porro vir hic grandis natu curam demonstrationis edendae abiecerit; tamen propter insignem vetustissimorum monumentorum et copiam et notitiam facile ei deferendum est. Facit cum his Constantinus Porphirogenitus sat manifeste. Cum enim Hungaros in Morauia Sirmiensi collocat, expressis verbis dicit eam ab Vngaris occupatam; cum autem loca habitationis Vngarorum ad Tibiscum notat, omni armorum mentione abstinet. „ *Inde inquit (a), magna Morauia baptismo carens, quam Turcae deuastarunt, cuiusque Princeps olim fuit Sphendoplocus. Et haec ad Sirmium. Subdit porro: ulteriora vero, quae omnia Turcis habitantur cognomina nunc habent, a fluminibus transcurrentibus. Eorum primum Timeses est, alterum Tutes, tertium Moreses, quartum Chrysus, quintum Titza. Et alibi: Turcae magnam*

(a) De administ. imp. C. 40.

nam Moraviam ingressi incolas eius expulerunt „
 Quum vero septentrionales Istri partes attingit, nusquam de armis quidpiam. *Et habitant inquit (a) Trans Danubium Turcae in terra Moraviae.* Eandem scribendi rationem secutus Anonymus rei huic non minimum lucis adfundit. Pugnas in Pannonia, Italia, Croatia, Germania ab Hungaris confertas iustorum praeliorum modo describit: certamina ad Tibiscum inita rixarum instar depingit, quae eo demum euadebant, ut victi catenis induerentur, ac subterraneis carceribus mandarentur. Id modi rixas, etiam inter amicos obortas, principio societatis initae, nihil a vero abludit. Circiter haec tempora pars quaedam Hungarorum, post ultimam a Pacinacitis acceptam cladem in Russiam reiecti longioreque Russorum hospicio vfi, tandem Russis ducentibus ad Tibiscum se se demisere, gentilibusque suis cognita arma iunxere; (b) sed haec intra coniecturam.

XVI. Hungari, postquam accisas in Pannoniis duplici strage vires in Iazigia redintegras-

(a) Ibid. C. 42.

(b) Vide Geogr. Belii in Geogr. Galiciae et Lodomeriae in notis.

graffent, auxissentque, transmissio Danubio, cum iis, qui in Pannonia remanserant, arma vires, consiliaque confociant. Summae rerum praecerat Toxis, et sua, et patria virtute praeferendus. Hic nihil dandum otio ratus numerosissimum exercitum Italiae (a) Boioariae (b) Aquitaniae (c) et rursus Boioariae infundit: cuncta vi caedit: miserandam undique stragem, vastitatemque circumfert. Vestitos Boioariae dominos de possessione iam etiam Pannoniae superioris (d) deturbat: cuncta haec terrarum Hungaricae subdit potestati: Nec contentus tantis locorum spatiis ad Augustam Vindelicorum vsque bellum promouet; sed cum ingenti clade reiectus parta dehinc tueri, quam noua quaerere apud animum defixit. Ad hunc maxime modum Hungari, e Valachia, parteque Transilvaniae clade exacti in Seruiam primum plagasque finitimas se se recepere: inde intra circulum circiter

(a) Lupus Protospata ad A. C. 947. Auentini annal, Boico, L. IV. Cl. Katona in hist. Ducum ad h. a.

(b) Cl. Katona ad an. 950.

(c) Flodoardus ad an. C. 951.

(d) Haec ad an. C. 954. gesta esse docent. Cl. Prai in ann. vet. Hung. et Cl. Katona in hist. Duc. ad h. a.

citer fere sexaginta annorum vi armorum, dexteritate praeliorum, magnitudine consiliorum, fortunaque foederum non minima sanguinis effusione Sirmiensem primum Morauiam: tum omnem Pannoniam, cui Marahenses quondam dictabant iura: tandem regionem Iazigum Metanastarum cum parte Daciae: denique inferiorem superioremque Pannoniam expulsis Boioariis in ius nomenque Hungaricum translere.

XVII. Inter haec omnia nullum hucusque reperiri potest tempus, quo partes a fluuio Grano, Vagoque ad Morauiam amnem protensae sub imperium, potestatemque Hungarorum cecidissent. Si quid video, non ante diui Ladislai tempora iure pleno, nexuque perpetuo Hungariae obstrictae fuere. Momentis non mediocribus vrgeor, vt eo animus inclinēt. Hic ea prodere constitui eatenus, vt nec hanc sententiam nimium tuear, nec contrariam, alioquin temporum diurnitate corroboratam, impugnem. Tempus, et qui harum rerum sibi curam incumbere fident, certiora edocebunt. Sed nec fabellis, quae de Suatoplugo Hungari, Bohemique scriptores prodidere, seu refutandis, seu re-

coquendis immorabor. Diffluit penitus in-
nias has Gelafius Dobner e S. P. Ipse quo-
que e Graecorum Francorumque annalibus
non pauca produxiffe videor monumenta,
quibus abunde testatum fit Suatoplugum rebus
humanis fato ordinario exemptum ampliffimas
ditiones ad filios transmisiffie: hos discordia
rem paternam eo adduxiffe, vt Marahenses
omni penitus Pannonia, atque iis, quas in
Maesia habuere ditionibus depulsi fuerint:
tanta terrarum iactura nimio plus debilitatum
Moimarum fratrum maximum in Septentrio-
nali Danubii parte se se firmasse, lateque ad
Tibiscum, Vagumque fluuios imperitasse
Hungaris interea Pannoniarum satagentibus.

Hunc Moimarum vitam produxiffe vsque
ad an. 907. certum est. Praelio, quod ad
hunc annum supra cum Boioariis pene inter-
necina clade deletis depugnatum vidimus,
procul dubio inuolutum, necem occubuisse
coniiciunt quique eruditissimi viri (a) eo ma-
xime, quod Auentinus commemorata clade
Isanricum Moimari clientem caesum dicat.

At

(a) Vide Cl. Prai ann. Hung. P. III. l. 1. P. 347.
item Cl. Dobner in ann. Hagecianis L. 3. ad h. a.

At enim fontem, ex quo istud Auentinus haufit, non coronat. Cl. Affemanus (a) XV. Cal. Jul. praefentis anni Isanrincum in viuis fuiffe docet ex diplomate Ludouici Germaniae regis, quo ad preces Dietmari Archiepifcopi, Luitpoldi, et Isancrini illuftrium comitum ob deuaftationem diaecefis a paganis nempe Hungaris factam confirmat Burchardo epifcopo Patauiefi Ortingam. Idem Cl. Affemanus (b) ex eodem diplomate, et Isancrino fuperfite confirmat Moimarum quoque inter viuos egiffe praefente anno. Caeterum rei huic pro ingenio fuo quisque demat aut addat fidem, parum refert. Quocunque demum tempore, Moimarum belli cecidiffe tradit Dandulus. (c) cuius cafu regni Moraucici gloriam maxima ex parte concidiffe non videtur ambigendum. Partem regni eius illam, quae a Vago, aut Grano flumine ad Morauam annem extenditur, occupauere Bohemi, a quibus primus Suentibaldus armis eam fibi vindicauit: partem alteram, ditio- nem quondam Metanaftarum, cum parte Daciae;

(a) T. III. p. 324.

(b) T. IV. p. 24. in notis.

(c) Edit. Murat. p. 199.

ciae, ducis supremi imperio aliquandiu liberam plures Dynastae sibi vindicauerunt. (a) Quorum imperium breui pertaesus populus, cum non nesciret feliciter cecidisse Slaus Pannoniensibus initam cum Hungaris societatem, (b) exemplo hoc doctus, et iam locis, affinitatibusque mixtus, in vnam cum Hungaris abiuit ciuitatem.

XVIII. Iam Vaganas plagas per ea tempora ad Bohemos recidisse, quibus rationibus impellat, vt affirmem, videndum. Primo quidem, ne domesticos testes abdicare videar, Anonymus vetustissimus, vt quidam volunt, idemque domesticus scriptor memorat eas plagas ad Bohemiae iura pertinuisse (c) et non nisi tributo a Bohemis pendendo subiectas fuisse. (d) Diuersa porro sunt regio.

(a) Si quae fides Anonymo esset, id non videretur posse ambigi: memorat enim Anonymus C. 12. Salanum ducem Titulensem. C. 13. Comitem Liborci lingua eorum Duca dictum. C. 19. Menomoroutum ducem Bihoriensem. C. 24. Geloum Blacum. C. 44. Gladum. &c.

(b) Morauum non modicam Hungarorum multitudinem ad se sumpserunt, vt habet epistola Praesulum Boioariae.

(c) C. 35.

(d) C. 57.

gionem quandam sub tributum; et item sub ditionem redigere. Attila non leui tributo orientis imperium oneravit: at nunquam illud in suae prouinciae formam redegit.

Deinde episcopatum Pragensem erectum esse intra annum 967. et 973. explorata res est. (a) Limites porro huius episcopatus vsque ad flumen Vagum pertinuisse diploma fundati huius episcopatus a Cl. Dobner relat-um testatur. Sic enim habet: „ Deinde in ea parte, quae meridiem respicit, addita regione Moraviae, vsque ad fluiuium, cui nomen est Wag „ Diploma hoc confirmauit Henricus III. imperator III. Cal. Maii. A. D. incar. MLXXVI. Indi. IX. anno autem Domini Henrici regni quidem XXVII. imperii vero III. limitesque episcopatus Pragensis (b) extendit
fur-

(a) Gelasius Dobner in ann. Hagec. L. IV. ad an. 973.

(b) Episcopatum hunc subinde in duos: Pragensem nempe et Morauensem diuisum esse docet Cosmas Pragensis ad an. 1067. Id quoque certum episcopum Morauensem fuisse suffraganeum Moguntini. Docet id processus criminalis Willigisi Archiepiscopi Moguntini finitus anno 976. (Vide Gudenum Cod. Dipl. T. I. p. 352.) In hoc Willigisus mandato summi Pontificis et Ottonis II. cum suis

rursum ad fluuium Vagum. At vero nec Boleslaus II. Dux Bohemiae, cuius munificentia episcopatus ille surrexit, limites eius ad alienum regnum extendere, nec Henricus aevo suo eos confirmare, minime autem omnium Hungari id sinere potuissent, vt palam est, et ante pedes omnium iacet. Licet porro omne solum a Moraua vsque ad Vagum, aut forte etiam Granum fluuium porrectum Bohemi cum imperio obtinuerint: quaedam tamen oppida in septentrionali Danubii ripa iacentia Boioariorum dominatu continebantur. Etenim Belius (b) Bonfinio duce author est Pofonium ab Henrico imperatore nomine do-

Q 2

tis

suis suffraganeis ventilata causa Gozmari Cantoris Canonici, qui scholarem quemdam Canonicum occiderat, hanc tulit sententiam. „ *Quapropter auctoritate ipsius (Ottonis) adstipulantibus quoque Assessoribus nostris venerabilibus episcopis Spirensi, Vormatiensi, Pragensi, Morauisiensi pro manifesto parricidio Gozmarum ab officio et beneficio deposuimus. Et* Iam cum huius Morauiensis episcopi iurisdicção pertinuerit vsque ad Vagum; cumque is Moguntini suffraganeus fuerit, sequatur necesse est, hanc Morauiam recentiore nunquam ad Laureacensem aut Salisburgensem Metropolitanam spectasse. sequatur deinde, oportet, monumenta superius allata, et Laureacensem ac Salisburgensem Praefules concernentia omnia ad Pannoniensem Morauiam referri.

(b) In Comit. Pofon.p. 108.

vis diuo Stephano datum esse : quo rursus discimus Morauam annem ea tempestate Limitem Hungariae non fuisse.

XIX. Accedit : quod Cartuitius peruectus diui Stephani biographus perhibeat totam Hungariam, vt ea Stephano primo Hungariae regi parebat, in decem episcopatus, quorum metropolis ecclesia Strigoniensis esset, ab eodem diuo rege distributam : (a) ex quo manifeste colligitur partes Vaganas ad aliquem horum episcopatum pertinuisse, si illae dominatu S. Stephani regis continebantur. Certe ardens religionis propagandae, stabiliendaeque studium, quo rex piissimus flagrauit : amor populorum subiectorum, quos, Troes fuerint an Tyrii? nullo discrimine agebat : munificentia regia, cuius apud exteros etiam monumenta reliquit, curam diui regis a partibus, plagisque Vaganis nec auocare, nec retardare potuisset. At non monumentum aliquod extat, non author, non literae, non fide digna traditio, quae vel subobscurè doceat aut episcopatum, aut Abbatiam, aut Praeposituram, aut quantumuis paruum quan-

(a) Cl. Prai Di *Q*: de S. Ladisl. p. 51.

quandam aedem sacram in dictis partibus a diuo Stephano excitatam fuisse. Quod quoniam cum regia eius munificentia, cumque amore religionis apud suos promouendae pugnat, reliquum est, vt plagas Vaganas ab eius imperio excludamus. Nec dicat aliquis has oras iurisdictioni Archiepiscopi Strigoniensis fuisse mandatas: hoc ipsum enim Cartuitio aduersatur, qui, quatenus haec iurdictio se se protenderit, C. 2. sic explanat; „ *Post haec prouinciam in decem partitus episcopatus Strigoniensem ecclesiam metropolim et magistram fore constituit.* „ Ex quibus patet iurisdictionem archiepiscopi Strigoniensis decem episcopatum limitibus circumscribi: at nullus ex his decem a diuo Stephano in oris Vago adfuit est constitutus, vt ostendit Cl. Praius in Diatriba sua, et vita S. Ladislai. Eo proinde iurdictio archipraefulis Strigoniensis hoc primo aeuo non pertinebat,

Quapropter non de nihilo esse reor, quod demptis iis, quibus sanctissimus rex metropolim episcopatum liberalissime dotauerat, nulli alii fundi ante tempora S. Ladislai, plerique omnes postea liberalitate apostolicorum regum, et quidem in partibus, quas Vagus

praeteruehitur, ad archiepiscopatum Strigoniensem sunt adiecti. (a) His adde, quod S. Ladislaus grauia cum Bohemis ad Vagum bella gessit, eosque de possessione harum partium felici Marte deturbauit. Quapropter Capitulo Pofoniensi deuicto rege Bohemiae, quum victor rediret in Vngariam, donauit possessionem *Szilincs*. (b) Haec omnia non minimum firmare videtur Ludouicus I. rex, qui in diplomate an. 1347. testatur in ipsis confiniis Bohemiae (Morauiae) *per sanctissimum regem Ladislaum metas positas et erectas*. (c) Atque haec sunt, ex quibus eruere non incongrue posse mihi videbar plagas Vago et Moraua interceptas primum per S. Ladislaum Hungariae nexu firmiore copulatas fuisse. Quae utcunquae sint; id nihilominus certo tenemus non omnem veterem Morauiam, nec solam; maximam insuper Pannoniarum portionem in regnum Hungariae, cuius hodie dulcedine perfruimur, venisse.

F I N I S.

(a) Si cui vacat, in Specimine Hierarchiae Hungaricae Cl. Prai. P. I. in Archiep. Strig. in ordine legere poterit et aduertere.

(b) Cl. Prai. l. c. p. 72.

(c) Vide Cl. Prai Diatriben. p. 34.

I N D E X

RERVM NOTABILIORVM.

- A*nonymi Belae regis notarii auctoritas recitatur a p. 126.
- A*tila Pannonias nunquam armis occupauit. 127.
- A*uares non sunt iuncti Hungaris in Transilvania. 85. *A* Bulgaris separati. 165. ab iisdem vincuntur. 171.
- B*obemia Graecis magnae Croatiae nomine veniebat. 105. *A*d fluium Granum pertinebat. *ibid.* Pluribus ducibus parebat. 113. Non est ab Vngaris sub iugum missa. 179.
- B*ulgarorum primae notitiae. 165. Non habebant regnum ad Tibiscum. *ibid.*
- C*amelorum, et equorum naturale odium. 156.
- C*hazari fuere Slau. 228.
- C*roatia ab Arpae non est sub iugum missa. 175.
- G*epidarum sedes, interitus, fata. 77.
- H*ungarorum nominis prima memoria. 163. 186. Eorum vetustissimae sedes in Moldauia. 186. 188. Hinc a Paczinacitis in Valachiam propulsi. 100. Bulgaros vincunt. 193. a Paczinacitis excisis eorum sedibus, superato Danubio, Maesiam, seu magnam Morauiam intrant. 191. 195. Contra Suatoplugum in Pannoniam ab Arnulfo euocantur. 198. redeunt in Seruiam. 200. Rursum mouent in filios Svatoplugi. 202. Iisdem Pannonias eripiunt. 206. 209. Clade in Carinthia accepta Pannoniam ex parte deserunt. 217. Cum Slauis Iaxigiae foedere iuncto 232. Pannoniam Boioariis eripiunt. 237. Plagas Vago et Moraua inter-

terceptas probabilius tempore Ladislai I.
primum iure pleno occupant.

Iazigum Metanastarum fata et genus. 91.

Literae Bauariae praesulum ad Pontificem
max. 34. Agapiti II. ad Gerardum Lau-
riac. 48. Benedicti VII. ad Piliatinum et
vicissim 69. Eugenii ad Ratsfredum, Tu-
dunum, et Mommarum. 67.

Maesia neque ad Nitriam, neque ad Tibiscum
recte collocatur. 79. 80.

Marca an apud Russos et Ungaros usitata? 155.
Methodii acta. 7. 25. 29. 32.

Nestoris Russiae scriptoris auctoritas defenditur. 146
Nitria sub Suatoplugo primum Christiana sacra
suscepit. Alia Nitria fuit Maesiae ciuitas. 58.

Patauiensi episcopo non suberant orae Nitrienses. 45.
Salanus Dux Bulgarorum confictus est. 167.

Slavi in Maesia a Bulgaris victi. 4. Graecorum
iugum excutunt. 5. Sub signis Atilae me-
rent. 94. Ab opinamentis Salagii vindi-
cantur. Ibid. et conseq. pag.

Suatoplugus primus oras Nitrienses subiugauit. 109
Nunquam supremus dux Bohemiae fuit. 114.
integras ditiones ad filios transmisit. 201.

Vagi accolae non sunt redacti in seruitutem ab
Ungaris. 181.

Vagus fuit limes Pragensis episcopatus. 242.

Valachorum primae noticiae, 172.

Wlodermeriae oigo. 153.

pag.	lin.	Menda.	emenda.
75	9	Auaria atque Maesia	Auaria, atque Mo- raua.
149	3	Subscribendum	subscribendum.
164	17	Hugaros	Hungaros.
182	3	operum	Operam.

Caetera beneuolentia lectoris excusabit.

756406



